AFJ

O.K.

(Ignatius) Epistolae

M 30.460 –

Eiden-Müller No. 14

Not STC

Not in VD 16

8° 11383

EPISTOLAE

ALIQVOT ILLVSTRES, GRAVES
& eruditæ, extra bibliorum canonem licet, Apoſtolicæ
tamen ac piæ, plenæq; integris fidei noſtræ rationibus,
ab ipſo ſcilicet Chriſto, Paulo, Apoſtolorũ diſcipulis, atq;
aliquot alijs Apoſtolicis uiris (ut à celebribus auctoribus
memoriæ proditum eſt) æditæ. Raræ lectionis, &
dignæ quæ potiſsimum hoc noſtro ſæculo
omnium terantur manibus. Qua-
rum indicem uerſa tibi
pagella indica-
bit.

*Harum quædam paucis adeo, hoc eſt, uix nouem retro
annis in arca Saxea, ſub terram defoſſæ, in ſacrario
ædis diui Petri urbis Lemouicæ re-
cens repertæ ſunt.*

M. D. XXIX.

Epistolae

M 30.460

INDEX EPISTOLARVM.

1. Pauli ad Laodicenſes. 2
6. Senecæ ad Paulum. 3.3. (4.4.5.5
5. Pauli ad Senecam, 3.4. (4.5.6.
1. Senecæ & Lucillij ad Paulum. 4.
1. Pauli ad Senecam & Lucillium. 4.
1. Senecæ ad Paulum & Theophilum 4.
1. Abagari regis ad Dominum Ieſum. 6.
1. Ieſu ad Abagarum. 6.
1. Clementis ad Iacobum apoſtolum. 7.15.
1. Martialis ad Burdegalenſes. 23.
1. Marcialis ad Toloſanos. 29.
1. Ignatij ad Ioannem apoſtolum. 41.
1. Igna. ad Mariã uirgi. 42.
1. Mariæ ad Ignatium. 42.
1. Igna. ad Mariam Caſſobolitam. 42.
1. Igna. ad Trallianos. 44.
1. Igna. ad magneſianos. 48
1. Igna. ad Tarſenſes. 53.
1. Igna. ad Philippẽſes. 56.
1. Igna. ad Philadelphenſes. 61.
1. Igna. ad Smyrnenſes. 66.
1. Ignatij ad Polycarpũ. 70.
1. Ignatij ad Antiochenſes. 71.
1. Igna. ad Heronem. 74.
1. Igna. ad Epheſios. 76.
1. Igna. ad Romanos. 83.
1. Polycarpi ad Philippenſes. 86.
1. Dionyſij Areopagitæ ad Ioannem apoſtolũ. 89.
1. Dyoniſij ad Polycarpum. 90.
1. Antonij magni ad fratres ſuos. 92.
1. Antonij ad Arſenoitas. 96
5. Antonij magni. 102. 106 (108. 110. 112.

EN Chriſtiane lector, proferimus hic iam tandem tibi, rarum pietatis ac ſanioris doctrinæ theſaurũ, partim ex aliorum ſcrinijs erutum, partim uero non ita multum antea, uel caſu, uel ſi ita mauis prouidentia & conſilio Dei, magis quàm noſtro ſtudio aut ſolertia repertum. Cuius tu ſupellectilem ubi comparaueris, atq; è cottidiano uſu familiarem tibi feceris, mirum quantum lucri ſimul atq; ornamenti acceſſurum hinc ſit, cum religionis ergo, tum animo tuo, alioqui ad pietatem probe inſtituto. Inuenies enim hic pleraq; ſimplicius liberiusq; multo tradita eſſe, quàm factum ſit hactenus à ſuperciliosis ἐθελοθρησκείων καὶ δευτεροσέων uindicatoribus. Deinde etiam firmius expeditiusq; & expoſita & ſtabilita multa, quàm ut à quocunq; audaculo, & nihil non ſibi permittente, uel conuelli, uel obſcurari etiam, inq; ſenſum reprobum detorqueri poßint, quorũ omnium guſtum, ſimul atq; iudicium tibi pie lector proponimus, permittimusq;. Quòd ſi quid ad huius ſuppellectilis plenã congeriẽ adhuc tibi deeſſe uidetur, quod tua opera ſarciri poteſt, fac illud in communem ſtudioſorũ utilitatem, è ſitu carieq; erutum, publico inferas & multorum uotis cõmunices, ut enim nulla nobis propior ad ueram pietatem ſemita propoſita eße uidetur, q̃ quæ nobis à noſtræ religionis ducibus, ceu præambulonibus & præmonſtrata attritaq; eſt, ita nihil in literarũ monumentis, uel auguſtius putamus, aut maieſtatis magis ſuſpi

ciendæ uenerandæq;,quodq; ad ſcripturæ auctoritatem proximius accedat,q̃ hoc ſcriptionis genus, adeoq; ep̃læ ab his æditæ, qui ſanæ doctrinæ formam ab ipſis hauſerunt Ap̃lis,nouellæq; eorũ plantationi, adeoq; eccleſijs recens inſtitutis primi præfuerunt,de quarũ numero haſce tibi ad præſens damus, daturi poſt hac alias, ubi has tibi arriſiſſe uidebimus. Tu interim illis fœliciter fruere,atq; in CHRISTO æternum uale.

EPISTOLA BEATISSIMI PAVLI Apoſtoli,ad Laodicenſes.

PAulus Apoſtolus non ab hominib. neq; per hominem,ſed per Ieſum Chriſtum. Fratrib. qui eſtis Laodiciæ. Gratia uobis & pax à Deo patre noſtro,et domino Ieſu Chriſto.Gratias ago Chriſto,per omnẽ orõem meam,q̃ permanentes eſtis & perſeuerantes in operibus bonis,promiſſionem expectantes in die iudicij. Neq; diſturbent uos quorundam uaniloquia inſimulantium ueritatem, ut uos auertant à ueritate Euangelij, quod à me prædicatur. Et nunc faciet Deus,ut qui ſunt ex me,ad perfectum ueritatis Euãgelij ſint deſeruientes,& benignitatem operum facientes,q̃ ſunt ſalutis uitæ æternæ. Et nunc palam ſunt uincula mea quæ patior in Chriſto,in quib. lætor & gaudeo

& hoc mihi eſt ad ſalutem perpetuam, quod factum eſt orationibus ueſtris, adminiſtrante ſpiritu ſancto. Siue p uitam, ſiue per mortem, eſt mihi uiuere uita in Chriſto, & mori gaudium, & ipſe in uobis faciet miſericordiam ſuam, ut eandem dilectionem habeatis, et ſitis unanimes. Ergo dilectiſsimi ut audiſtis præſentiam domini, ita ſentite & facite in timore, & erit uobis uita in æternum. Eſt.n. deus qui operatur in uobis. Et facite ſine peccato, quæcumq; facitis. Et quod optimū eſt dilectiſsimi, gaudete in domino Ieſu Chriſto, & cauete omnes ſordes in omni lucro. Omnes petiones ueſtræ ſint palam apud Deum. Eſtote firmi in ſenſu Chriſti, & quæ integra, & uera & pudica, & caſta. & iuſta, & amabilia ſunt facite. Et quæ audiſtis, & accepiſtis in corde retinete, & erit uobis pax. Salutate omnes fratres in oſculo ſancto. Salutant uos omnes ſancti. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu ueſtro. Amen. Hanc facite legi Colloſſenſibus, & eam quæ eſt Colloſſenſium uobis.

SENECA PAVLO S.

CRedo Paule tibi nunciatum, quid ſermonis heri cum Lucillio de Apocryphis, & alijs rebus habuerim9. Erant quidam diſciplinarum tuarum comites mecum, nam in hortos Saluſtianos ſeceſſeramus. Quo in loco, ij de quibus dixi, alio tendentes, occaſione noſtri, uiſis nobis adiuncti ſunt. Certe q̃ præſentiam tuam optauerimus, & hoc ſcias uelim. Libello

pleamus. Spūs.n.ſanctus in te, & ſupra te, excelſos ſub‐limes, & ſatis uenerabiles exprimit ſenſus. Vellem itaq; cum res eximias proferas, ut maieſtati earū, cultus ſer‐monis non deſit, Et ne quid frater tibi ſurripiam, aut cō‐ſcientiæ meæ debeam, confiteor Auguſtum ſenſib. tuis ꝑ‐motum. Cui læto uirtutis in te exordio, iſta uox fuit. Mi‐rari ſe poſſe, ut qui non legittime imbutus ſit, taliter ſen‐tiat. Cui ego reſpondi, Solere deos, ore innocentium effa‐ri, aut eorum qui præuaricari doctrina ſua non poſſunt. Et dato ei exemplo Vatinij hominis ruſticuli, cui cū duo uiri apparuiſſent in agro Reatino, qui poſtea Caſtor & Pollux ſunt nominati, ſatis inſtructus uidetur. Vale.

PAVLVS SENECAE.

Licet non ignorem Cæſarem noſtrum rerum admi‐randarum (ſi quando deſunt) amatorem eſſe, ꝑmit‐tes tamen te non ledi, ſed admoneri. Puto.n. te grauiter feciſſe, ꝗ ei in notitiam perferre uoluiſti, quod ritui et di‐ſciplinæ eius ſit contrariū. Cum ille gentium deos colat quid tibi uiſum ſit, ut hoc eū ſcire uelles, niſi nimio amo‐re mei feciſſe te hoc exiſtimem? Rogo ergo te, in futurū ne id agas. Cauendū.n. eſt, dum me diligis, offenſam do‐minæ facias, cuius quidē offenſa, nec oberit ſi perſeuera‐rit, neq; ſi non ſit, proderit, ſi eſt regina, non indignabi‐tur, ſi mulier offendetur. Bene uale.

SENECA PAVLO S.

Scio te non tam tui cauſa commotum literis, quas

ad te dedi,de æditione literarum tuarum Cæſari, quàm natura rerum, quæ ita mentes hominum ab omnibus artibus, & moribus rectis reuocat, ut hodie non admirer, quippe ut is, qui multis documentis hoc iam notiſsimum habeam. Igitur nunc agamus, ut ſi quid in prætorio factum eſt,facile ueniam irroges. Miſi tibi librũ de uerborũ copia. Vale Paule chariſſime.

PAVLVS SENECAE.

QVoties tibi ſcribo,et nomen meũ tibi ſubſcũdo, grauem, & ſectæ meæ, & incongruam rem facio. debeo enim (ut ſæpe ꝓfeſſus ſũ) omnibus omnia eſſe,& id obſeruare in tua perſona, qđ lex Romana honori ſenatus conceſſit, perlecta epiſtola ultimum locum eligere,ne cum aporia & dedecore, cupiam efficere,quod mei arbitrij fuerit. Vale. Paulus.

SENECA PAVLO.

AVe mi Paule chariſſime. Si mihi, nominiq; meo omnibus modis non dico fueris iunctus, ſed neceſſario mixtus, actũ erit de tuo Seneca. Cum ſis igitur uertex, et altiſſimum omnium mõtium cacumẽ, non ergo uis læter,ſi ita tibi ſim ꝓximus,ut alter ſimilis tui iudicer? . Haud itaq; te indignum prima fronte epiſtolarum nominandum ſentias, ne non tam tentare me quàm ludere uidearis,quippe qui ſcias te ciuem eſſe Romanũ. Nam qui meus, tuus & qui apud tuos tuus eſt locus,uelim ut apud meos,meus. Vale mi Paule chariſſime.

SENECA PAVLO.

AVe mi Paule chariſſimæ. Putas ne me cõtriſtari et luctuoſũ eẽ, quòd de inocẽtia ueſtra ſubinde ſuplicium ſumatur? deinde quòd tam dure, tanq̃ obnoxios reatui, uos omnis populus iudicet, putans à uobis fieri quod urbi contrarium ſit; Sed feramus æquo animo, & utamur foro, quod ſors conceſſerit, donec inuicta fœlicitas finem malis imponat. Tulit & priſcorum ætas Macedonem Philippi filium, perſam Dariũ, & Dionyſium, noſtrũ quoq; Caium Cæſarem, quibus quicquid libuit, licuit. Incendium urbs Romana manifeſte unde ſæpe patiatur conſtat. Sed ſi effari humilitas potuiſſet, quid cauſæ ſit, & impune in his tenebris loqui licuiſſet, iam omnes omnia uiderent. At Chriſtiani & Iudæi q̈ſi machinatores incẽdij, ſupplicio affici ſolent. Graſſator ille quiſquis eſt, cui uoluptas eſt carnificina, & mendatium uelamentum, tempori ſuo deſtinatus eſt, & ut optimus quiſq; unum pro multis donatum eſt caput, ita et hic donatus pro omnibus igni cremabitur CXXXII. domus, Inſulæ. IIII. ſex diebus arſere, ſeptimus pauſam dedit. Bene ualere frater te opto.

SENECA PAVLO.

AVe mi paule. Allegórice & ænigmatice multa à te uſq; quaq; conduntur opera. Et ideo rerum & munerum tanta uis tibi tributa, non ornamento uerborum, ſed cultu quodam deco

randa. Næc uereare, quòd ſæpius te retineo dixiſſe multos, qui talia affectent, ſenſus corumpere, rerum uirtutes eneruare. Verum mihi cõcedas uelim, latinitati morem gerere, honeſtis uocibus ſpeciem adhibere, ut generoſi muneris conceſſio, digne à te poſſit expediri. Bene uale.

PAVLVS SENECAE.

Perpendenti tibi ea ſunt reuelata, quæ paucis diuinitas conceſſit. Certus igitur iam ego ſum, quòd in agro fertili ſemen fortiſſimum ſero, non quidem materiam quæ corrumpi uidetur, ſed uerbum dei, ſtabile, deriuamentum boni creſcentis et manentis in æternum. Quod prudentia tua aſſecuta eſt, indeficiens fore debebit, & Ethnicorum & Iſraelitarũ obſeruationes cenſere uitandas. Nouum te authorem feceris Chriſti Ieſu, præconijs oſtendendo rhetoricis irreprehenſibilem ſapientiã, quã propemodum adeptus, regi temporali, eiuſq; domeſticis, atq; fidis amicis inſinuabis, quibus aſpera & ægre captabilis erit perſuaſio, cũ pleriq; eorum minimæ flectantur inſtitutionibus tuis. Quibus uitale commodum ſermo dei inſtillat, nouum hominem ſine corrumptela, perpetuamq; animam parit ad deum iſtinc recte properantem. Vale Seneca chariſſime nobis.

EPISTOLA ABAGARI REGIS AD dominũ Ieſum miſſa Hieroſolimã per Ananiam curſorẽ.

EPISTOLA ABAGARI

ABagarus Velzamæ filiꝰ Toparca Ieſu ſaluatori bono, qui apparuit in locis Hieroſolimorum ſalutem. Auditum mihi eſt & de te, & de ſanitatibus quas facis, quòd ſine medicamentis aut herbis fiant iſta per te, & quód uerbo tantũ, cæcos facis uidere, claudos, ambulare, & lepro ſos mundare, & immundos ſpiritus, ac dæmonia eijcis, & eos qui longis ægritudinibus afflictantur curas & ſanas. Mortuos quoq; ſuſcitas. Quibus omnibus auditis, id ſtatui in animo meo, unum eſſe de duobus, aut quia tu ſis deus, & deſcenderis de cœlo, ut hæc facias, aut quòd filius dei ſis qui hæc facis. Propterea ego ſcribens rogauerim te, ut digneris uſq; ad me fatigari, & egritudinem meam, qua iam diu laboro curare. Nam & illud comperi, q; Iudæi murmurant aduerſum te, & uolunt tibi Inſidiari. Eſt autem ciuitas mihi parua qdem, ſed honeſta, q̃ ſufficiat utriſq;.

EPISTOLA RESCRIPTA AB IESV per Ananiam curſorem, ad Abagarum Toparcam.

BEatus es, qui credidiſti in me, cum me ipſe nõ uideris. Scriptum eſt enim de me, quia hi qui me uident, non credent in me, & qui non uident me ipſi credent & uiuent. De eo aũt quod ſcripſi

ſti mihi, ut ueniam ad te, oportet me oĩa, propter quæ miſſus ſum, hic explere, & poſtea q̃ impleuero, recipi me ab eo, à quo miſſus ſum. Cum ergo fuero aſſumptus, mittam tibi aliquem, ex diſcipulis meis, ut curet egritudinẽ tuam, & uitam tibi, atq; his qui tecum ſunt, præſtet.

DIVI CLEMENTIS AD IACObum fratrem domini Epiſtola prima.

CLemens Iacobo fratri domini, & epiſcopo epiſcoporũ, regenti Hebræorum ſanctam Eccleſiam in Hieroſolomis. Sed & omnibus eccleſijs, quæ ubiq; Dei prouidentia fundatæ ſunt, cum preſbyteris & diaconib. & cæteris omnibus fratribus, pax ſit ſemper. Notum tibi facio domine, quia Simon Petrus, qui uere fidei merito & integræ prædicationis obtentu fundamentum eſſe eccleſiæ definitus eſt, qua de cauſa, etiam domini ore diuino, cognominatus eſt Petrus, qui fuit primiciæ electionis domini, Apoſtolorum primus, cui & primo deus pater filium reuelauit, cui & Chriſtus competenter beatitudinem contulit, qui & uocatus eſt, & electus, conuiua domini, & comes electus, tanq̃ bonus, & probatiſſimus diſcipulus, qui occidentem, obſcuriorem mundi plagam, uelut omniũ potentior, inluminare præceptus eſt, quiq; integre potuit implere preceptũ. Sed quouſq; ſermonẽ protraho, fugiens indicare, quod triſte eſt, quod quidem neceſſe eſt, licet tarde proferre. Hic deniq; ipſe Petrus, qui pro immenſa charitate, quam erga oẽs hoĩes gerebat

palam cum omni fiducia, aduerſanti etiā tyranno totius mundi, bonum prædicari nō deſtiſtit, et regem omniū ſæculorū, p orbem terræ, et uſq; ad ipſius Romanæ huius urbis notitiā, ut etiā ipſa ſaluaretur inuexit, hic inquam pro pietate patiendo præſentem uitā finiuit. In ipſis aūt diebus, quibus uitæ finem ſibi imminere præſenſit, in conuentu fratrum poſitus, adpræhenſa manu mea, repente conſurgens, in auribus totius eccleſiæ hæc ꝓtulit uerba. Auditæ me fratres & conſerui mei, quoniā ſicut edoctus ſum ab eo, qui miſit me dño, & magiſtro Iheſu Chriſto, dies mortis meæ inſtat. Clementem hunc Epiſcopum uobis ordino, cui ſoli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram credo, qui mihi ab inicio uſq; ad finē comes in omnibus fuit, et p hoc ueritatē prædicationis meæ totius agnouit, q in oīb. tentationib. meis ſocius extitit, fideliter pſeuerans, quē ex præteritis expertus ſum deum colentē & homines diligentem, caſtum, diſcendi ſtudijs deditū, ſobrium, benignum, iuſtum, pacientem, ſcientem ferre nō nullorum, etiam ex his qui in uerbo dei inſtruuntur, iniurias. Propter quod ipſi trado, à domino mihi datam poteſtatem ligandi atq; ſoluendi, ut de omnibus quibuſcunq; decreuerit in terris, hoc decretum ſit & in cœlis. Ligabit enim quod oportet ligari, & ſoluet quod expedit ſolui, tanq̄ qui ad liquidum eccleſiæ regulam nouerit.
Ipſum ergo audite, ſcientes quia quicunq; contriſtauerit doctorem ueritatis, peccat in Chriſtum, & patrem om-

nium exacerbat deum, propter quod & uita carebit. Ipſum autem qui præeſt cæteris, oportet medici uicem agere, & non feræ beſtiæ furore commoueri. Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes eius, rogabam, excuſans me, & declinans honorem cathedræ, ſimul & poteſtatem. At ille reſpondens, pro hoc, inquit, ne me rogaueris, hoc enim fieri ſtatutum eſt mihi, & eo magis quo excuſas, quia hæc cathedra, eum qui cupit eam, & audaciter expedit, non requirit, ſed ornatum moribus, & in uerbo Dei eruditum. Quo ſi eſſet alius melior, qui mihi adiutor tam ſedulus adſtitiſſet, aut tam plene doctrinæ meæ rationem cœpiſſet, ſed & eccleſiaſticas diſpoſitiones, à me tam plene didiciſſet, habens alium talem, non te cogerem bonum opus ſuſcipere nolentem. Superfluum ergo eſt alium quærere, cum primicias eorum qui ex gentibus per me ſaluantur, & præcipue huius urbis, te primum obtulerim deo. Sed & aliud intuere, quia ſi periculum peccati timens, ſuſcipere refugis eccleſiæ gubernacula, certus eſto quia amplius peccas, qui populum Dei, uelut in fluctibus poſitum & periclitantem, cum poßis iuuare ſubterfugis, tui tantummodo habens conſiderationem, & non quod in commune & omnibus expedit prouidens. Sed certus eſto, quòd neceſſe eſt te ſuſcipere omne periculum, quia nec ego pro ſalute omnium, ab obſecrando ceſſabo. Quanto ergo citius mihi acquieueris, tanto me citius mœroris & tri-

ſtitiæ labore reuelabis. Noui etiam hoc ô Clemens, quòd tibi tædia & moleſtias, pericula etiam & opprobria ineruditi uulgi indociliſque conciliem, quæ tu tamen ſcio quòd fortiter & conſtanter feras, reſpiciens ad illam ſpem, quæ tibi apud Deum patrem præparat coronam. Sed & illud te cupio mecum iuſta ratione perſpicere, quando maxime opera tua indiget Chriſtus, nunc cum inimicus aduerſus ſponſam eius commouet bellum, nam in futuro tempore, quando iam Chriſtus poſt uictoriam triumphabit, nec ultra ullius ope indigebit. Quis non etiam parui ſenſus intelligat, quòd iſtud eſt temporis, in quo operam tuam Chriſtus requiret? Tota igitur mente, in præſente neceßitate, prebe operam tuam & auxilium in prælijs exhibere regi optimo, remunerationes magnificas poſt uictoriā reddituro. Libēter ergo ſuſcipe Epiſcopatus officiū, eo maxime, quod eccleſiaſticas diſpenſatiōes à me ꝓbabiliter didiciſti, ut ſalus eorū, qui ꝑ nos confugerunt ad deum, nequaq̄ uacillet. Veruntamen & breuiter te de ipſius diſpenſationis ordine corā omnib. admonere neceſſarium duco. Te quidē oportet irreprehenſibiliter uiuere, & ſummo ſtudio niti, ut omnes uitæ huius occupationes abijcias, ne fideiuſſor exiſtas, ne aduocatus litium fias, neue in ulla aliqua occupatione prorſus inueniaris, mundialis negotij cuiuſcunq; occaſione perplexus, neq;. n. iudicē aut cognitorē ſæculariū negotiorū hodie ordinare uult Chriſtus

uti

uti ne præſocatus præſentibus hominũ curis, non poſſis uerbo dei uacare, & ſecundum ueritatis regulam, ſecernere bonos à malis. Iſta namq; opera, quæ tibi minus congruere ſuperius expoſuimus, exhibeant ſibi inuicem diſcentes, id eſt layci, & te nemo occupet ab his ſtudijs per quæ ſalus omnibus datur. Sicut enim tibi impietatis crimen eſt, neglectis uerbi dei ſtudijs, ſolicitudines ſuſcipere ſæculares, ita unicuiq; laycorum peccatum eſt, niſi inuicem, ſibi etiam in his quæ ad cõmunis uitæ uſum pertinent, operã fideliter dederint. Te uero ſecurum facere ex his, quibus nõ debes uacare, omnes cõmuniter elaborẽt, quòd ſi forte à ſemetipſis hoc layci nõ intelligũt, per diaconos edocendi ſunt, ut tibi ſolius eccleſiæ ſolicitudinem derelinquant, quo ipſam ut dignum eſt, diſpenſare ſufficias, & ueritatis uerbo abundantius poſſis & ſtudioſius deſeruire, ſi enim mundalibus curis fueris occupatus, & teipſum decipies & eos qui te audiunt, nõ enim poteris quæ ad ſalutem pertinent, plenius ſingulis quibusq; diſtinguere. Et ex eo fit, ut & tu, tanquam qui nõ docueris quæ ad ſalutem pertinent hominum, puniaris, & diſcipuli per ignorantiam pereant. Iccirco ergo tu quidem ad hoc ſolũ uacato, uti oportune, & ſine intermiſſione doceas uerbum dei, per quod ſalutem conſequi poſſint, illi uero cum tãta reuerentia tua uerba ſuſcipiant, ut qui ſciant legatum te & præconẽ eſſe ueritatis, & quodcunq; ligaueris ſuper terram, eſſe ligatum

in cœlo, & quæcunque ſolueris, etiam & ibi eſſe ſoluta, quandoquidem & tu, ut dixi, quæ optet ligabis & quæ expedit ſolues. Ad te quidem qui præes iſta ſint monita, & his ſimilia. Ad preſbyteros uero ſint iſta, ante oīa ut pudicitiæ ſtudentes, adoleſcentes nuptijs iungāt, quo calorem feruentis ætatis coniugali lege præueniant, ſed ne in prouectioribus quidem curam habere huiuſmodi negligant, quia in multis, etiam cū ſenuerit corpus, concupiſcentia uiget. Ne forte ergo fornicationis labes occaſione accepta, tanquam uenenum peſſimum ſerpat in uobis, cauere & anteuenire neceſſiarium eſt, ne quod in uobis adulterij occultum coaleſcat incendium, & qd' in omnibus peccatis adulterio grauius? ſecundum namque in pœnis obtinet locum, quoniamquidem primum illi habent, qui aberrant à deo, etiamſi ſobrie uixerint. Propter quod uos ó preſbyteri eccleſiam excolite, & adornate ſponſam Chriſti ad pudicitiam, ſponſam autem dico omnem eccleſiam, ideſt, congregationem credentium, quæ ſi pudica fuerit inuenta ab ſponſo ſuo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur, & uos uelut miniſtri ſponſæ, & amici ſponſi, ingenti gaudio ac lætitia perſruemini. Si uero ſponſa hæc reperta fuerit cōmaculata peccatis, ipſa quidem tanquam indigna trudetur à regalibus thoris. Vos autem pœnas dabitis, ſi forte per ueſtram negligentiam, uel deſidiam obrepſerit cōtagio ſæua peccati, Iccirco igitur ante omnia ſo

brietatis & pudicitiæ ſolicidudinem gerite, ualde enim apud deum graue crimen ducitur fornicatio, cuius ſpecies quidem ſunt plures, ſicut et ipſe uobis Clemens diligenter exponet. Verum prima ſpecies adulterij eſt, uirū propria ſolummodo uxore non eſſe contentum, & mulierem non proprio tantum ſeruare ſe uiro. Si ergo caſtus fuerit quiſpiam, poteſt & humanus & miſericors fieri, per quod & ipſe æternā à deo miſericordiam conſequatur. Sane ſicut adulterium uenenum cunctis malis pernicioſius eſt, ita amor fraternus & charitas totius boni faſtigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres ueſtros, & cum religione ac miſericordia reſpicite ad omnes. Orphanis exhibite uosmetipſos parentes. Viduis uirorum curam impendite, cum omni caſtitate quæ neceſſaria ſunt prebentes, iuniores tamē uiduas nuptijs copulate, his qui ignorant artificia exquirite honeſtas aliquas occupationes, quibus uictum neceſſarium quærant, artificibus uero opera prouidete, debilibus miſericordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos uos, ſi charitatem præ cæteris ante omnia in ueſtro corde defigatis, cuius charitatis recipiendæ, & habēdæ maximū erit fomentum, ſi frequenter inter uosmetipſos, cōmunem cibum ueſtrum menſamque facitis, & in quantum unusqſq; præualet, crebrius panes ac ſales ſuos cū fratribus ſumat, per hæc enim precipue charitas comparatur, & cauſa totius boni, in huiuſmodi cōmunione con-

ſiſtit, ubi autem bonitas & pax, ibi & ſalus. Propter quod communes facite cibos ueſtros, cum his qui ſecundum deum fratres ſunt, quia per hæc temporalia beneficia, pacis & charitatis fructibus, gaudia æterna mercamini. Multo autem ſolicitius eſurientes reficite, & ſicientibus potum date, nudis ueſtimentum, ægrotos uiſitate, & eos qui in carcere ſunt prout poſſibile eſt iuuate, peregrinos ſatis prompte in domibus ueſtris ſuſcipite. Et ne omnia nunc ſingulatim dicam, omne bonum ipſa per ſe, ſi in uobis fuerit charitas, facere uos docebit. Sicut écontrario, eos qui à ſalute alieni ſunt, omne malum facere, odium docet. Si qui ex fratribus negotia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi non iudicētur ſed apud preſbyteros eccleſiæ, quicquid illud eſt dirimatur, & omni modo obœdiant ſtatutis eorum. Super omnia autem auaritiam fugite, quæ homines, occaſione præſentis lucri, ab æternis ſeparat bonis, pondera, menſuras, ſtateras, pro locis quibuſq; æquiſſima cuſtodite, depoſita fideliter reſtituite, quæ omnia & ſi qua ſunt his ſimilia, ita demum ſolicite & diligenter implebitis, ſi futurum dei iudicium ſine intermiſſione, in ueſtro corde uoluatis. Quis enim peccare poterit, ſi ſemp ante oculos ſuos iudicium dei ponat? quod in fine mūdi certum eſt agitandum, ut tandē qui in hac uita bene egere, conſequantur repoſita bona, peccatores autem, ut conſequantur præparatas & reconditas pœnas, de quibus ita futuris

dubitare omino non poſſumus, ſiquidem hæc omnia ita eſſe uentura, uerus nobis propheta prædixerit. Vnde & uos qui eſtis ueri prophetæ diſcipuli, abijcite à cordibus ueſtris ante omnia, diſcordias & animarum diſſenſiões, ex quibus omne opus malũ procedit, & benignitatem ac ſimplicitatem tota mente ſeruate. Quòd ſi forte alicuius cor, uel liuor, uel infidelitas, uel aliquod malum ex his quę ſuperius memorauimus, latenter irrepſerit, non erubeſcat, qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præeſt, ut ab ipſo per uerbum dei, & conſilium ſalubre curetur, quo poſſit fide integra & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad p̄petuæ uitæ premia peruenire. Diacones uero eccleſiæ, tanquam oculi ſint epiſcopi, oberrantes & circumluſtrantes cum uerecũdia actus totius eccleſiæ, perſcrutãtes diligentius, ſi quem uideant uicinum fieri præcipicio & proximum eſſe peccato, ut referant hæc ad epiſcopum, ut commoneri ab eo poſſit is qui in præcipicium lapſurus eſt, uti reuocet & non corruat in peccatum. Negligentiores quoq; & eos ꝗ rarius ad audiendũ uerbum dei accedunt, nec ſolicite ad epiſcopi tractatum ueniunt, ipſi commoneant & hortentur. Si enim aſſidui ſint ad audiendum, nõ ſolum uitæ æternæ ex ſalubri commonitione capient lucra, uerum et quæcunque illæ ſunt triſtitiæ, uel mœrores, qui ex præſentis uitæ neceſſitatib. & cladibus temporum ueniunt, quæq; malorum ſer-

monib. in corde ſuo uelutiiacula defixa circunferūt, abij tiētur omnia prædicatione ueritatis, & uitæ eternæ doctrina & eruditione purgata, alioquin, ſi multo tempore auditum ſubtrahāt à uerbo dei, ut remaneant in cultu uitiorum, ſine dubio deum dimiſere, ac ſentibus occupati: & quid aliud niſi ad ignem talis hæc terra præparabitur? De his ergo ut diximus, diaconibus cura ſit. Sed & eos qui ſecundum carnem ægrotant, ſolicite perquirant, & plebi ſi forte ignorat indicent de his, ut & ipſi uiſitent eos, & quæ neceſſaria ſunt prebeāt eis, cū conſciā eius qui præeſt, quod tamē etiamſi clam fecerint, non peccabunt. Sed & de peregrinis ſimiliter epiſcopo ſuggerant refouendis, & cætera his ſimilia, quæ ad cultum eccleſiæ & diſciplinam eius pertinent, diaconis curæ ſint. Qui cathechiſant, hoc eſt, qui uerbo inſtruūt incipiētes, hi primo oportet inſtructi ſint, de anima enim agitur hominum, & oportet eum qui docet & inſtruit animas rudes, eſſe talem, ut pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſſit aptare, & uerbi ordinem pro audientis capacitate, dirigere. Debet ergo ipſe adprime eſſe eruditus & doctus, irreprehenſibilis, maturus, impauidus, ſicut ipſi probabitis fore Clementē hunc poſt me. Multum autē eſt, ſi ego nunc de ſingulis, quæ unusquiſq; habere debeat, proſequar. Veruntamen illud eſt, quod præ cæteris ab omnibus uobis cupio in commune ſeruari, ut concordiam teneatis, per quam ſolam

poteſtis, portum quietis intrare, & ciuitatem regis sũ-mi, quæ pax noĩatur, habitare. Similis namq; eſt omnis eccleſiæ ſtatus naui magnæ, quæ per undoſum pelagus, de diuerſis locis, & regionibus, uiros portat, ad unam potentis regis urbem properare cupientes, Sit ergo na-uis huius portus dominus ipſe omnipotens deus, guber-nator uero ſit Chriſtus. Tum deinde proreti officium epiſcopus impleat, preſbyteri nautarũ, diacones diſſpẽ-ſatorum teneant locum. Hi qui cathechiſant nautologis conferantur, epibatis autẽ totius fraternitatis multitu-do ſit ſimilis, ipsũ quoq; mare hic mũdus habeatur, uẽto-rum uero uarietates & turbinum, diuerſis tentationi-bus conferantur, perſecutiones ac tribulationes & peri cula fluctibus exequẽtur. Terræni uero ſpiritus, qui uel de torrentibus, uel de conuallibus ſpirant, pſeudopro-phetarum & pſeudodoctorum improbæ doctrinæ, uer-ba ducantur. Promontoria uero, & loca confragoſa, hi qui in poteſtatibus ſæculi ſunt iudices, & pericula minantur ac mortes. Bithalaſſa uero loca, quæ duplici bus undæ fallacis æſtibus uerberantur, dubijs mente & de promiſſionum ueritate nutantibus conferantur, atq; his qui irrationabili fidem noſtram ratione diſcutiunt. Hypocritæ uero & doloſi, pyratis ſimiles habeantur, Iam uero rapidus uortex & tartarea Charibdis, & ſa-xis inliſa naufragia, ac mortiferæ ſubmerſiones, quid aliud æſtimanda ſunt? Reſtat igitur, quo hæc nauis cur-

ſu proſpero tuta poſſit portum deſideratæ urbis intra-re, ita deo precē ſundere nauigātes, ut mereantur audi-ri, Audiri autem à deo ita demum merebitur, ſi opa-tiones ipſæ bonis moribus & bonis operibus adiuuētur. Sed ante omnia, cum quiete & ſilentio epibatæ, id eſt layci in ſuis unusquiſq; reſideant locis, ne forte per in-quietudinem & inconditos inutilesq; diſcurſus, ſi paſ-ſim uagari cœperint, uel ab officio ſuo nautas impediāt, uel in alterum latus per inquietudinem eorum nauis preſſa demergatur. Nautologi de mercedibus commo-neant, & nihil omino, quod ad diligentiam uel diſcipli-nam pertinet diacones negligant. Preſbyteri uelut nau-tæ, aptent ſingula ad inſtructionem nauis diligenter, & inſtruant quæ in ſuo tempore requirenda ſunt. Epiſco-pus tanq̃ per retia uigilanter & ſolicite gubernato-res uerbo cuſtodiat Chriſti. Saluator dominus, guber-nator eccleſiæ ſuæ, diligatur ab omnibus, & ipſius ſolius preceptis ac iuſſis credat & obediat eius eccleſia, deo quoq; indeſinēter ſupplicetur à cūctis de proſperitate uē-torū: Nauigātes omnem tribulationem & omne peri-culum ſperent, tāquam immane profundum mundi iſti-us, & uitæ humanæ pelagus nauigantes, in quo & eſu-riendum ſit & ſitiendū, nuditatem quoq; ferendā, mor-bos etiam corporis & ægritudines tolerandas, inſuper & hominum inſidijs ac dolis ſæpe laborandum, quippe qui & diſpergendos ſe nōnunq̃ nouerint, ſed aliquādo

etiam congregandos. Vomitus quoq; & ſuggillationes ferēdas, cum ex confeſſione peccatorum, & reiectione criminũ, uelut male congregati in uiſceribus fellis, iactura facienda eſt, & abijcienda prorſus è corde, omnis intrinſecus latens amaritudo peccati, ſi qua forte ex deſiderijs iniquis, uelut ex cibis noxijs congregata eſt. Quam utique cum euomuerit quis, & abiecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, ſi tamē poſt uomitum, quæ ad ſanitatem pertinent ſumat. Veruntamen ſcitote cuncti, quòd ſupra omnes uos laboret epiſcopus, quia unuſquiſq; ueſtrum ſuum proprium fert laborem, & ille uero & ſuum & ſingulorum. Propter quod Clemēs, tanquam qui omnibus præeſſe te noueris, ſingulos pro ut potueris iuua & ſingulos releua, quia & ſingulorum onus ac ſolicitudinem portas.
Vnde & ego nunc tibi iniungēs diſpenſationem, ſcio qđ accipiam magis q̃ preſto. Sed eſto confidens, & fortiter ferens, certus quia laboris tui meritum recipies, cum ad portum quietis incolumem hanc perduxeris nauem, ibi mercedes & premia pro omnium ſalute ſuſcipies, ſi hic pro omnium incolumitate uigilaueris, itaque ſi te multi ex fratribus propter rigorem iuſticiæ odio habuerint, ex eo quidem non lederis, ſed ex huiuſcemodi odijs amor tibi conciliabitur dei. Et ideo ſatage, & refuge lauderis ab iniquis, & ne à peſſime agentibus diligaris, ſed potius ut propter iuſtā diſpenſationē & equiſſi-

ſimam regulã diſciplinæ à Chriſto conlaudari merearis. Hæc cum dixiſſet, & his ſimilia quàm plurima, rurſum reſpiciens ad populum dixit. Sed & uos chariſſimi fratres & conſerui mei, huic qui præſidet uobis ad ueritatẽ docendã, in omnibus obedite, ſcientes, quòd ſi quis hũc contriſtauerit, Chriſtum, qui ei docendi credidit cathedram, non recipit, & tanquam qui Chriſtum non ſuſceperit, nec deum patrem ſuſcepiſſe iudicabitur, & ideo nec ipſe ſuſcipietur in regno cœlorum. Propter quod ſatagite, ad omnem collectã & congregationem ſemper conuenire, uti non uelut negligentes & deſides, à Chriſto iudice condemnemini. Cõuenientes uero ſemper ad Clementem, omnes date operam pro ipſo ſentire, & sũmo ſtudio fauorem ueſtrum erga ipſum dependere, ſcientes qđ propter ſingulos uos, ipſum magis ſolum infeſtat inimicus, & in ipſum maiora ſuſcitat bella. Oportet ergo uos ſummo ſtudio niti, ut oẽs erga illum uinculo amoris innexi, pleniſſimo erga eum inhereatis affectu. Sed & uos quoq; ipſi unanimes in omnĩ concordia perdurate, quo facilius etiam illi obedire omnes pariter inconcuſſa unanimitate poſſitis, per quod & uos ſalutem conſequi, & ille obtemperantibus ſibi, promptius impoſiti oneris pondus uehere queat. Etiam ex uobis ipſis intelligere debetis, ſi qua ſint quæ ipſe propter inſidias hominum malorum, non poteſt euidentius & manifeſtius proloq, uerbi gratia, ſi inimicus eſt alicui pro

actibus ſuis, uos nolite expectare, ut ipſe uobis dicat, cũ illo nolite amici eſſe, ſed prudenter obſeruare debetis, & uoluntati eius abſque commonitione obſecundare, & auertere uos ab eo, cui ipſum ſenſiſtis auerſum, Sed nec loqui his, quibus ipſe non loquitur, ut unuſquisq; qui in culpa eſt, dum cupit omnium ueſtrum amicitias reparare, feſtinet citius reconciliari ei, qui omnibus præeſt, & per hoc redeat ad ſalutẽ, cum obedire cœperit præſidenti. Si uero quis amicus fuerit his, quibus ipſe amicus non eſt, & loquutus fuerit his, quibus ipſe non loquitur, unus eſt & ipſe ex illis, qui exterminare dei eccleſiam uolũt, & cum corpore uobiſcum eſſe uideatur, mente & animo contra uos eſt, & eſt multo nequior hoſtis hic, quã illi qui foris ſunt, & euidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem, quæ inimici ſunt gerit, & eccleſiã diſpergit ac uaſtat. Et cum hæc dixiſſet in medio coram omnibus manum mihi impoſuit, & in cathedra ſua, ingenti uerecundia fatigatum me compulit, Cumq; ſediſſem hæc ad me rurſum loquutus eſt. Deprecor te Clemens coram omnibus qui præſentes ſunt, ut poſteaq̃ ſicut naturæ debitũ eſt, uitæ præſentis finẽ fecero, Iacobo fratri domini deſcripta breuiter, uel quæ ad initium fidei tuæ expectãt, uel etiam quæ ante fidem omnino geſſeris mittas. Sed & qualiter mihi ab initio uſq; ad finẽ comes itineris & actuum fueris, quæq; per ſingulas ciuitates me diſputante ſolicitus auditor exceperis, quiſ-

que in prædicati onibus meis uerborum fuerit ordo, & actuum, ſed & qui me finis in hac urbe reperit, ſicut dixi, omnia quàm potes breuiſſime comprehenſa, ad ipſum te deſtinare non pigeat. Nec uerearis ne forte multum de meo exitu contriſtandus ſit, cum me id pro pietate ſuſtinere non ambigat. Erit autem ei grande ſolatium, cũ didicerit, cum poſt me non imperitus uir aliquis, aut indoctus, aut ignorans, diuini uerbi myſterium, eccleſiaſtici ordinis diſciplinã, uel doctrinæ regulam neſciens, ſuſceperit cathedram meam. Scit enim quia ſi indoctus & inſcius, officium doctoris accipiat, ſine dubio diſcipuli & auditores ignorantiæ tenebris obuoluti, in interitum demergentur. Vnde & ego domine mi Iacobe cum hæc ab eo precepta ſuſceperim, neceſſe habui implere quod iuſſerat, indicans tibi, & de his ipſis ſimul, & de illis breuiter comprehendens, quid per ſingulas quasque urbes digrediens, aut in prædicationis ſermone protulerit aut in geſtorum uirtute perfecerit, q̃uis tibi de his plurima iam & plenius ante deſcripta, ipſo iubente tranſmiſerim, ſub eo titulo, quem ipſe precepit adfigi. Idem Clementis itinerarium prædicationis Petri, ſed et nunc iam exponere quæ precepit incipiam.

Epiſtolæ primæ finis.

DIVI CLEMENTIS AD IACOBUM Fratrem domini Epiſtola ſecunda.

Clemens urbis Romæ epiſcopus, omnibus coepiſcopis, preſbyteris, diaconibus, ac reliquis clericis, & cunctis principibus, omnibusq; generaliter fidelibus, benedictio charitatis & gloria in gratia dei, quæ data eſt nobis in Chriſto ihesu domino noſtro. Vrget nos fratres Multus amor ueſter & religioſa inuitat deuotio, quia debitores ſumus, ut quædam uobis ſcribamus. Vos ergo qui ſacerdotio domini fruimini, & in ſpecula eſtis poſiti, plus ſcire oportet, ut ſubditos uobis populos pleniter docere poſſitis, eisq; ad regna cœlorum ducatum prebere, domino annuente, ualeatis. Vnde & ipſa per ſe ueritas ait, Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei, cæteris autem in parabolis. Propter qđ consilium do unicuiq; ueſtrum, conſtanter docere uerba diuina, & diſcentibus libenter accomodare auram uerbi dei. Veſtrum enim, qui legatione Chriſti fungimini eſt docere populos, eorum uero eſt uobis obedire ut deo. Si autem uobis epiſcopis non obediere oẽs preſbyteri diaconi ac ſubdiaconi, & reliqui clerici, omnesq; principes tam maioris ordinis q̃ & inferioris, atq; reliquæ populi tribus, & linguæ non obtemperauerint, nõ ſolum infames, ſed extorres à regno dei & conſortio fidelium. à liminibus ſanctæ dei eccleſiæ alieni erunt. Nam ueſtrũ eſt eos inſtruere, eorũ uero eſt uobis obedire, ut deo, cu-

ius legatione fungimini, dicente domino. Qui uos audit me audit, & qui uos ſpernit, me ſpernit, & qui uos recipit, me recipit, et q me recipit, recipit eũ q me miſit. Nihil enim iuſtius, uel inhoneſtius ẽ, q̃ filios patrib. rebelles, aut clericos uel laycos, doctorib. ſeu diſcipulos magiſtris inobedientes uel proteruos exiſtere. Nouius enim primum hominem per inobedientiam cecidiſſe. Iccirco omnes hoc uicium ſũmopere cauere monemus. Et quia dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã, dominus noſter mittens nos uice ſua loco Apoſtolorum ad prædicandum, precepit nobis docere omnes, omneſq; nobis fideliter obedientes, ut ipſi, exiſterent, quoniã nec aliter terra pariet fructus ſuos, niſi culta receperit ſemẽ, & inrigata germinauerit & pariet quæ ẽ paritura. Sic & omnis homo, qui libenter non receperit uerbum dei, illudq; in corde ſuo germinare non ſiuerit, ac minime crediderit doctoribus ſuis & epiſcopis ſuis, nõ beneuolus, ſed rebellis, atq; inobediens extiterit, fructum non germinabit, nec pariet, ſed ſimilis arbori illi erit, de qua dominus ait. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ingnem mittetur. Primus enim pontifex Aarõ chriſmate compoſitionis perũctus, princeps populi fuit, & tanquam rex primitias & tributum per capita accepit à populo, & iudicandi plebem ſortẽ ſuſcepit, de mundis immundiſq; iudicabat. Sed & ſi alius ex ipſo ungento eſt perunctus, uirtute inde con

cepta, etiam ipſe rex aut propheta, aut pontifex fiebat. Quòd ſi temporalis gratia, & ab hominibus compoſita tantum potuit, intellige iam quantum ſit illud ungētum quod à deo de uirgulto uitæ prolatum eſt, cum hoc quod ab hominibus factum eſt, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præſenti ſæculo ꝓpheta glorioſius, pontifice clarius, rege ſublimiꝰ? Omnis enim pontifex ſacro chriſmate perunctus, & in ciuitate conſtitutus, ſcripturis ſacris eruditus, charus & precioſus hominibus oppido eſſe debet, quem quaſi Chriſti locum tenentem, honorare omnes debent, eique ſeruire & obediētes ad ſalutē ſuam fideliter exiſtere, ſcientes, quòd ſiue honor, ſiue iniuria quæ ei defertur in Chriſtū redūdat, & à chriſto in deum, Audire ergo eum attentius oportet, & ab ipſo ſuſcipere doctrinam fidei, monita autem uitæ à præſbyteris inquirere, à diaconib. uero ordinem diſciplinæ. Propter quod deprecor uos conſeruos & adiutores meos, ut diſcatis attentius animarū curam querere, & pro omnibus ſtare, maxime tamen pro his, qui in cultu diuino laborant. Eccleſiarum oīum curam habetote, ſeruisque eorum adiutorium prebete, uiduarum religioſam curam gerite, pupillos enixius iuuate, pauperibus miſericordiam facite, iuuenes pudicitiam docete, & ut breuiter totum dicam, alterutrum uos, in quibus res popoſcerit, ſuſtentate, Deum colite, qui creauit cœlum & terram, & Chriſto credite, inui-

cem uos diligite, & miſericordes eſtote in omnes, non uerbo ſolo,ſed opere & rebus replete charitatem. Agitote pro uiribus conſerui dilectiſſimi, quia bonum eſt, ut unusquisq; ueſtrum ſecundum quod poteſt,proſit accedentibus ad fidem religionis ueſtræ. Et ideo non uos pigeat ſecundum ſapiam, quæ uobis per dei prouidentiam collata eſt, inſtruere & docere. Deſiderium ergo habere omnes erga doctorem ueriatis,eumq; ut oculos amare oportet qa ipsũ et docere cõdecet,hoc enĩ à patre cœleſti ei donatum eſt. Sed & ſalus in eo eſt,ut uoluntatem eius,cuiꝰ amorẽ & deſiderium, deo largiente, conceperint,faciant, Si quis ergo fidelis uoluerit exiſtere, & deſiderat baptiſari,exutis prioribus malis,de reliquo pro bonis actibus, hæres cœleſtium ex geſtis proprijs fiat, Accedat autem qui uult ad ſacerdotem ſuum & ipſi det nomen ſuum,atq; ab eo audiat myſteria regni cœlorum,ieiunijs frequentibus operã impendat,ac ſemetipſum in omnibus ꝓbet,ut tribus menſibus iam conſumendo, in die feſto poſſit baptiſari. Baptiſetur autem unusquisq; in aqs perẽnibus, noĩe trinæ beatitudinis inuocato ſuper ſe, perunctus primum oleo per orationem ſanctificato,ut ita demũ per hæc conſecratus,poſſit percipere locum cum ſanctis. Nullus enim propter obprobrium ſenectutis, uel nobilitatem generis, aut iuuentutis à paruulis & minus eruditis (ſi quis forte eſt) utilitatis aut ſalutis inquirere aliquid negligat. Qui enim

rebelliter

rebelliter uiuit, & diſcere atq; agere bona recuſat, ma-gis diaboli q̃ Chriſti membrum eſſe oſtenditur, & po-tius infidelis quàm fidelis monſtratur. Quomõ ergo nõ omnibus hoc amabile eſt, cunctisq́; exoptatum, ut quæ ig norat diſcat & quæ didicerit doceat. Clariſſimũ nam-que eſt, quòd neque amicitia, neq; regni ſublimitas ho-mini dæbet eſſe precioſior ueritate, quia nihil eſt precio-ſius anima, Dñs autem creator omnium, ex initio homi-nem ad imaginem ſuam fecit, eumq; dominatorem terræ marisq; & aeris ipſius dedit, ueritatemq; inquirere pre cepit, ſicut uerus nobis propheta enarrauit, & ipſa re-rum ratio docet. Solus enim homo eſt rationabilis, et cõ-ſeq̃ns ẽ, ut ratio in rationabilib. dominetur. Hinc enim ab initio, cum adhuc iuſtus eſſet, cunctis uiribus & om ni fragilitate ſuperior erat, ubi autem peccauit, & fact9 eſt ſeruus peccati, ſimul & fragilitati efficitur obnoxi-us. Quod iccirco ſcriptũ eſt, ut ſciant homines, quia ſicut ex impietate paſſibiles facti ſunt, ita per pietatẽ poſſunt eſſe impaſſibiles, et nõ ſolũ impaſſibiles, uerũ et parua in deũ fide, aliorũ paſſiones curãtes. Ita enim uerus ipſe propheta promiſit, dicens. Amẽ amẽ dico uobis, ſi habue ritis fidẽ ſicut granum ſinapis, dicetis mõti huic, tranſi hic & tranſiet. Huius uocis etiã uosipſi docũenta cœpi ſtis, etiam facta quædam per miniſtros noſtros, ipſos ui-delicet apoſtolos non ignoratis, quia aſtantibus nobis, eorum meritis, dæmones cum paßionibus, quas hominib.

inuexerãt, tranſierũt & fugati ſunt. Quia ergo alij qui dem homines patiuntur, alij patientes curant, cauſa ſine dubio uel patiendi uel curandi noſcenda eſt, quæ non alia eſſe in patientibus, quàm quidem infidelitatis, curantibus uero uidei demonſtratur. Infideiitas enim dum non cre= dit, futurum dei iudicium, peccandi licentiam præbet, pe catum uero hominem obnoxium paſſionibus facit, fides autem, futurum eſſe dei iudicium credens, continet hoẽs à peacato. Non Peccãtes uero, nõ ſolum liberi ſunt à dæmonibus, & paſſionibus, uerum & aliorum dæmones & paſſiones fugare poſſunt. Ex his enim omnibꝰ colli= gitur, qđ origo totius mali, ab ignorantia deſcendat, & ipſa ſit malorum omnium mater, quæ incuria quidẽ & ignauia gignitur, negligentia uero alitur & augetur, atq; in ſenſibus hominum radicatur, dum amatur. Quã ſi quis forte doceat effugandam, uelut antiquis & here ditarijs ſedibus, moleſte & indignanter auellitur. Et ideo paululum laborandum nobis eſt, ut indignantes, ig= norantiæ præſumptionem ſcientiæ rat ione reſecemus. In his precipue, qui in aliquibus minus rectis opinionib. præuenti ſunt, per quas quaſi ſub ſpeciæ alicuius ſcientiæ, ignorantia in his uehementius radicata eſt. Nihil enim grauius, q̃ ſi id quod ignorat quis, ſcire ſe credat, & de= fendat uerum eſse quod falſum eſt. Quod tale eſt, qua le ſi quis ebrius, ſobrium ſe putet, & agat quidem cũcta ut ebrius, ſobrium ſe tamen & ipſe putet & dici à cæ=

teris uelit. Ita ſunt ergo & hi,qui ignorantes quod uerum eſt,ſpeciem tamen alicuius ſciẽtiæ tenent,& mala quaſi bona gerant,atq; ad pernitiẽ,quaſi ad ſalutem feſtinant. Propter quod ante omnia, properandum eſt ad agnitionem ueritatis,ut poſſimus quaſi lumine nobis inde ſuccenſo,errorum tenebras depellere. Grãde enim malum eſt,ut diximus,ignorantia,ſed quia ſubſtantiam non habet,facile ab his qui ſtudioſi ſunt effugatur. Nõ enim aliud eſt ignorantia, niſi non agnouiſſe quod expedit,ubi autem agnoueris ignorantiam,queri magno opere debet,ueritatis agnitio,quam nemo alius aſſignare poteſt,niſi uerus propheta. Hæc enim porta eſt uitæ uolentibus ingredi,& uia operum bonorum, pergentibus ad ciuitatem ſalutis. Si quis ſane audiens ſermonem ueri prophetæ,uelit recipere aut nolit,& amplecti onus eius,ideſt mandata uitæ, habet in ſua poteſtate. Liberi enim ſumus arbitrij,nam ſi hoc eſt,ut audientes,ſeu iam non haberent in poteſtate aliud facere,quàm audierant, uis erat quædam naturæ, per quam liberum non eſſet, ad aliam migrare ſententiam. Aut ſi rurſum ex audientib. nullus omnino recipet,& hoc naturæ uis erat,quæ unum aliquid fieri cogeret,& alteri parti non daret locum. Nunc autem quia liberum eſt aĩo,in quam uelit ptem declinare iudicium ſuum,& quam probauerit eligere uiam,conſtat euidenter, ineſſe hominibus arbitrij libertatem. Igitur priusq̃ audiat quis, quod ei expedit,

certum eſt quia ignoret, & ignorans uult & deſiderat, quod non expedit agere, propter quod ꝑ hoc non iudicatur. Cum uero audierit cauſas erroris ſui, & rationem ueritatis acceperit, tunc ſi permanſerit in his erroribus, quibus dudũ fuerat præuentus, recte iam uocatur, ad iudicium, daturus pœnas, quia uitæ huius ſpatiũ, quod ad bene uiuendum accepit, in ludibrijs conſumpſit errorũ. Qui uero audiens hæc libenter accipit, & gratulatur bonorum ſibi doctrinam fuiſſe delatam, requirat intẽtius & diſcere non deſinat, uſq; quo cognoſcat, ſi eſt uere aliud ſæculum, in quo bonis premia præparata ſunt, & certus de hoc fuerit, gratias agat deo, quòd ſibi ueritatis lumen oſtenderit, de cætero dirigat actus ſuos, in omnib. operibus bonis, quorũ ſibi in futuro mercedem, certus eſt præparatam. Admirans per omnia, & ſtupens cæterorum hominum errores: & quòd ante oculos poſitam ueritatem nemo uideat, ipſe tamen gaudens ſuper diuitijs ſapiẽtiæ quas inuenit, inſatiabiliter his perfruatur, et exercitio bonorum operum delectetur, æſtimans ad ſæculum futurum mũdo corde & pura conſciẽtia peruenire, ubi etiam uidere deum regem omnium poſſit, his autem omnibus carere nos, & fraudare ſola facit ignorantia, Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat ſciẽtia, ignorantiæ malum de ſe non patiuntur excludi, neſciunt enim quanta ſit, in horum permutationæ diuerſitas. Propter quod conſilium do unicuiq; diſcentium, li-

benter præbere aurem uerbo dei, & cũ amore ueritatis audire quæ dicimus, ut mens optimo ſemine ſuſcepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nam ſi me docente ea quæ ad ſalutem pertinent, recipere quis abnuit, & aĩo prauis opinionibus occupato, obſiſtere nititur, non ex nobis, ſed ex ſemetipſo habebit pereundi cauſam. Debet enim iuſto iudicio examinare quæ dicimus, & intelligere q̃ uerbo loquimur ueritatis, ut cognitis his quæ ſunt, & in bonis actibus dirigens uiam ſuam, regni cœlorum poſſit p̄ticeps inueniri, ſubijciens ſibi carnis deſideria, & dñs eorum factus, ut ita demum etiam ipſe fiat dñatoris omniũ iucunda poſſeſſio. Nam qui permanet in malo, & ſeruus eſt mali, non poteſt eſſe portio boni, donec permanet in malo, quia ab inicio, ut antea iã diximus, duo regna ſtatuit deus, & poteſtatem dedit uni cuiq; hominũ, ut illius regni fiat portio, cui ſe ad obediendum ipſe ſubiecerit. Et quia definitum eſt apud deum, non poſſe unum hominem utriusq; regni eſſe ſeruum, omni ſtudio date oporam, ut in boni regis aulam ualeatis iure concurrere. Propter hoc denique uerus propheta, cum eſſet præſens nobiſcum, & quoſdam ex diuitibus, negligentes erga dei cultum uideret, huius rei ita aperuit ueritatem. Nemo poteſt (inquit) duobus dominis ſeruire. Et nõ poteſtis deo ſeruire & mãmonæ, mãmonã patria eorũ uoce diuitias uocans. Hic ergo uerus propheta, q in Iudæa nobis apparuit, ut audiſtis, qui ſtans

publice,ſola iuſſione faciebat cœcos uidere,ſurdos audi re,fugabat dæmones,ægris ſanitatem reddebat,& mor tuis uitam,cūq; nihil ei eſſet impoſſibile,etiam cogita tio nes hominum præuidebat, quod nulli eſt poſſibile, niſi ſoli deo. Hic annunciauit regnum dei,cui nos de omni bus quæ dicebat,tāquam uero prophetæ credimus firmi tate fidei noſtræ. Non ſolum enim ex uerbis eius,ſed ex operibus aſſumentes,quia dicta legis, quæ ante multas generationes de præſentia eius expoſuerunt,in ipſo con ſignantur,& imaginem geſtorum Moyſes,& ante ip ſum patriarcha Iacob,ipſius per omnia typū gerebant. Tēpus quoq; aduētus eius,hoc eſt ipsū in quo uenerat, prædictū ab his conſtat,& ſuper omnia quòd eſſet à gē tibus expectandus,ſacris literis cōprehenſum eſt,quæ in eo pariter uniuerſa completa ſunt. Quòd autem Iudæo rum propheta prædixit,eum à gentibus expectandum, ſupra modum in eo fidem firmat. Si enim dixiſſet, à Iu dæis expectandum,non aliquid eximium prophetæ uide retur,quòd à contribuli populo,& à propria gente ſpe raretur,cuius aduentus ad ſalutem mundi fuerat repro miſſus, uideretur enim magis conſequentiæ ratio eſſe,ut hoc fieret,quàm magnificentia prophetalis. Nunc autē cum prophetæ dicant,omnem illam ſpem,quæ de ſalute mundi repromittitur,& nouitatem regni quæ inſtruē da per Chriſtum eſt,atq; omnia quæ de eo indicant, ad gentes eſſe transferenda, iam non ſecundum conſequen

tiam rerũ, ſed incredibili quodam uaticinatus euentu, magnificentia prophetica confirmatur. Iudæi namque ex initio affore aliquando hunc uirum, per quem cuncta reparentur, uerißima traditionæ ſuſceperant, & quotti die meditantes ac proſpicientes, quando eius fieret aduentus, ubi adeſſe eum uiderunt, & ſigna ac prodigia, ſicut de eo ſcriptum fuerat, adimplentem, inuidia excœcati, agnoſcere nequiuerunt præſentem, in cuius ſpem lœtabantur abſentis. Intellexerũt tñ ſancti Apoſtoli, qui à deo electi ſunt, & nos qui poſt ab eis electi ſumus. Hoc autem prouidentia dei factum eſt, ut agnitio boni huius, etiam gentibus traderetur, & hi qui nunq̃ de eo audierant, nec à prophetis didicerant, agnoſcerent eum, illi uero qui quottidianis meditationibus euanuerant, ignorarent. Ecce enim per uos nunc qui præſentes eſtis & dæſideratis audire doctrinam fidei eius, & agnoſcere quis, & quõ, & qualis ſit eius aduentus, prophetica ueritas adimpletur. Hoc enim eſt, quod prædixerant, prophetæ, quia à uobis quærendus eſſet, qui de eo nũquã audiſtis. Et ideo uidentes in uobis ipſis, prophetica dicta compleri, huic uni recte credentes, hunc recte expectatis, de hoc recte inquiritis, ut non ſolum expectetis eum, ſed & hæreditatem regni eius credentes conſequamini, ſecundum quod ipſe dixit. Quia unusquisq; illius ſit ſeruus, cui ſe ipſe ſubiecerit. Propterea ergo uigilate, & dominum deumq; noſtrum uobis conſcribite domi

num, qui & cœli ac terræ dn̄s ē, & ad ipſius uos imaginem, ac ſimilitudinem reformate, ſicut ipſe uerus propheta docet, dicens, Eſtote boni, & miſericordes, ſicut & pater ueſter cœleſtis miſericors eſt, qui oriri facit ſolem ſuum, ſuper malos & bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Hunc ergo imitamini, & hunc timete, & ſicut mandatum datur hominibus dominum deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies. Infidelibus quidem dormit dominus & abſens habetur his, à quibus eſſe non creditur, & mandatis eius non obediunt, atq; odibilis uidetur quaſi dormire dominus, quia pro peccatis ſuis non exaudiuntur. Porro ipſi à deo donum ſummi muneris conſequuntur, qui per iuſtitiæ & preceptorum eius ſemitas incedentes, ſuis doctoribus qui recte epiſcopi intelligūtur, libenter obediunt. De quibus & beatus Petrus, inſtructor & ordinator noſter, princeps apoſtolorū, manifeſte cunctos audientes inſtruebat, dicens. Videntur mihi qui loquuntur uerbum ueritatis, & qui illuminant animas hominum, ſiles eſſe radijs ſolis, qui ut proceſſerint & apparuerint in mūdo, celari ultra, aut occultari nullatenus poſſunt, dum nō tam uidētur ab hominibus, q̄ uidere oīb. præſtāt. Vnde & bene ipſa per ſe ueritas ad ueritatis præcones ait. Vos eſtis lux mundi, & nō poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, neq; accēdūt lucernam & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt. Si quis ergo

his obedierit, deo, ut dictum eſt, magnum munus offert, qui autem his reſtiterit, aut inobediens extiterit, nõ his, ſed domino ſaluatori noſtro, cuius legatione funguntur, reſiſtit. Propter quod primum eſt omnium, iuſtitiã dei regnumq; eius inquirere, & ſuis iuſſionibus obtemperare. Iuſtitiam quidem, ut recte agere doceamur, regnũ uero ut quæ ſit merces poſita laboris & patiẽtiæ noueri mus, in quo eſt bonis quidem æternorum bonorum remuneratio: his autem, qui contra uoluntatem eius ægerunt, pro uniuscuiusq; actis pœnarum digna reſtitutio. Hic ergo, hoc eſt in præſenti uita poſitis, oportet nos agnoſcere uoluntatem dei, ubi & agendi, & ſacrificandi eſt locus. Vnaquæq; etenim res, ſuum tempus habet & locum. Operum hic locus eſt, tempus uero eſt meritorum ſæculũ futurum. Ne ergo impediamus, ordinem locorum ac temporum permutantes, primo quæ ſit dei iuſtitia requiramus, uitam quam interim acturi, abundantibus ac bonis operibus repleamus, quo poſſimus ad regnum dei, tanquam ad urbem maximam peruenire, deus enim his qui recte ſentiunt, per ipſa opera mundi quæ fecit manifeſtus eſt, ipſius creaturæ ſuæ utens teſtimonio. Et ideo cum de deo dubitatio eſt, eum requirentes inuenire poſſumus, nõ uelocitate pedum, ſed bonorum operum uelocitate currentes, ut ipſo duce, nullum uitæ huius patiamnr errorẽ. Si enim ipſum ſequentes, ingredi merebimur, illam quo peruenire cupimus ciuitatem, omnia

ium de quibus queritur, oculis uidebimus, tanquam hære des omnium facti. Intelligite itaq; uiam eſſe, hunc uitæ noſtræ curſum, uiatores eos qui nos inſtruunt, uel qui opera bona gerunt, portam uero prophetam, de quo diximus, urbē regnum eſſe, in quo reſidet omnipotēs pater, quem ſoli uidere poſſunt, hi qui mundo ſunt corde. Non ergo uobis difficilis uideatur huius itineris labor, quia in fine eius requies erit, nam & ipſe uer9 propheta, ab initio mundi per ſæculum currens feſtinat ad requiem. Adeſt enim nobis omni die, & ſi quādo neceſſe eſt, apparet, & corrigit nos, ut obtemperantes ſibi ad uitam perducat æternam. De his autem qui negligunt uiam ſuæ ſalutis, & ob hoc nō bene fideles, & præceptis eius ſuorumq; pontificum iuſſionibus inobedientes, uel contumaces eis exiſtant, dominus noſter Iheſus Chriſtus mittens diſcipulos ſuos, præcepit nobis dicens. In quamcumque ciuitatem aut domum introieritis, dicite. Pax huic domui, & ſi quidē fuerit, inquit, ibi filius pacis, ueniet ſup eum pax ueſtra, ſi uero non fuerit, pax ueſtra ad uos reuertetur. Exeuntes autem de domo, uel de ciuitate illa, etiam puluerem qui adheſerit pedibus noſtris excutiamus ſuper eos, tolerabilius erit terræ Sodomorū & Gomorhæorum in die iudicij quàm illi ciuitati uel domui. Quod utiq; ita demum fieri præcepit, ſi prius in ciuitate uel domo ueritatis ſermo prædicetur, ex quo uel recipientes ueritatis fidem filij pacis & filij dei fiant, uel nō

recipientes, arguantur quaſi inimici pacis & dei. Ita ergo & nos magiſtri inſtituta ſectantes, pacē primo proponimus auditoribus, ut abſq; ulla perturbatione poſſit uia ſalutis agnoſci. Quòd ſi quis pacis uerba nō ſuſcipit, neq; acquieſcit ueritati, ſcimus aduerſum eos pugnam uerbi mouere, & urgere acrius confutando ignorantiā & redarguēdo peccata. Neceſſario igitur pacem proponimus, ut ſi quis eſt filius pacis, pax noſtra ueniat ſuper eum, ab eo autem qui ſe alienū pacis effecerit, regredietur ad nos pax noſtra. Et ſi iterum in mandatis habemus, ut uenientes ad ciuitatem, diſcamus prius quis in ea dignus ſit, ut apud eum cibum ſumamus, quanto magis conuenit noſcere, quis qualisue ſit is, cui immortalitatis uerba credēda ſunt? Soliciti enim, & ualde ſoliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos, ſed & alias ob cauſas, utile ē uitæ huius habere noticiā. Si enim ſciam, quia in his, de quibus non poteſt dubitari, ꝙ bona ſint, emendatus eſt, & inculpabilis, hoc eſt, ſi ſobrius, ſi miſericors, ſi iuſtus, ſi mitis & humanus eſt, quæ bona eſſe nullus ambigit, tunc conſequens uidebitur, ut ei qui obtinet bona uirtutum, etiam quod deeſt fidei & ſcientiæ conferatur, & in quibus maculari uidetur eius uita, quæ eſt in reliquis probabilis emendetur. Si uero in his quæ palam ſunt peccatis inuolutus permanet, & inquinatus, non me oportet de ſecretioribus aliquid, & remotis diuinæ ſcientiæ proloqui ſed magis obteſtari, &

conuenire eum, ut peccare deſinat, & actus ſuos à uicijs emendet. Quòd ſi ingeſſerit ſe, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus recte agentem, non oporteat audire, prudenter eũ debemus eludere. Nam nihil omnino reſpondere, auditorum cauſa utile non uidetur, ne forte æſtiment nos reſponſionis penuria declinare certamen, & fides eorum ledatur, non intelligentia præpoſiti noſtri. Magna contumelia, & graue nobis erit peccatũ, ſi ita deſipiamus, ut uideamus eum qui idola colit, eſſe ſobrium, nos qui deum colimus, ſobrij eſſe recuſemus, non hoc ſit inter nos, ſed magnum habeamus ſtudium, ut ſi illi qui errant, homicidium non faciunt, nos nec iraſcamur quidem. Et ſi illi adulterium non committunt, nos nec concupiſcamus quidem alienã mulierem. Si illi amãt proxios ſuos, nos etiã diligamus inimicos noſtros. Si illi mutuo dant, his qui habent unde reddant, nos etiam his demus à quibus accipere non ſperamus. Et per omnia nos quia æterni ſæculi hereditatem ſperamus, præcellamus eos, qui præſens tantũ ſæculũ norunt, ſcientes quia ſi opera illorum noſtris operibus collata, in die iudicij ſimilia eſſe inueniantur ac pia, confuſio nobis erit, quòd æquales inuenimur in operibus, his qui propter ignorãtiam cõdemnantur, & nullam ſpem futuri ſæculi habuerunt. Et uere digna confuſio eſt, ubi nihil amplius geſſimus ab his quibus amplius intelleximus. Quòd ſi confuſio nobis erit, æquales his inueniri in operibus bonis, quæ

erit nobis,ſi inferiores nos ac deteriores examinatio fu tura repiat? Audite ergo quomodo de his nos ipſe ue*ꝛ* rus propheta docuerit,ad eos autem qui neglig*ẽ*ter audiunt uerba ſapientiæ ita ait. Regina auſtri ſurget in iudicio,cum generatione hac,& condemnabit e*ã*, quia uenit à finibus terræ, audire ſapientiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hic,& non audiu*ñ*t. Ad eos uero,qui de malis actibus,gerere pœnitentiam detrectab*ã*t ita ait. Viri Niniuitæ ſurgent in iuditio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam ægerunt in prædicatione Ionæ,& ecce plus quàm Iona hic. Videtis ergo quomodo eos, qui erudiebantur ex lege, adductis ad ex*ẽ*pl*ũ* illis,qui ex gentili ignorantia ueniebant,& oſtendens eos nec illis æquales eſſe,qui in errore poſiti uidebantur,ex ipſa tantum comparatione condemnat. Ex quibus omnibus,ſermo quem propoſuimus approbatur, ut caſtimonia,quæ aliquatenus etiam ab his qui in errore ſunt poſiti,cuſtoditur multo purius & attentius, & per ſingulas quasq;, ſicut ſupra oſtendimus,ſpecies,à nobis qui ueritatem ſequimur teneatur,eo magis, quo apud nos,obſeruantiæ eius præmia æterna ſunt poſita. Aliter enim nemo ſaluus eſſe poterit,niſi obſeruationibus pro uiribus operam dederit. Deus nos in ſua uoluntate,unumquemq; in ſuo ordine,ſemper cuſtodiat fratres, et ſibi placere in omnib. c*õ*cedat Amen.

INCIPIT EPISTOLA BEATI *Martialis Apoſtoli. ad Burdegalenſes.*

CAPVT. I.

MArtialis ſeruus Dei & Apoſtolus Ieſu Chriſti cum ſancto ſpiritu, qui repleuit corda noſtra, qui ſubdidit ſibi omnem mundum, qui alligauit diabolum & peccatum, Burdegalenſibus iam in Chriſto renatis per aquam & ſpiritum ſanctum filijs & filiab. cũ ſorte & hæreditate Dei, quæ data eſt per orationẽ. Pax uobis & miſericordia: quia cognouiſtis ueritatem. Manifeſtaui enim uobis nomẽ creatoris: q ſolus eſt creator, Cœlum enim, & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, ipſe creauit & perfecit & benedixit. Vos autem ignorabatis ipſum genus ueſtrum: nec uos de uno patre & una matre creatos eſſe noueratis. Sed & uindictã, quæ facta eſt per diluuium, neſciebatis: in quo omni mundo punito, quia contra creatorem ſe erexerat in omnem ſuperbiam, ille qui ſolus iuſtus inuentus eſt cum filijs in ſpirituali eccleſia, quæ nunc in uobis apparet, reſeruatus eſt. Nam & in illo ſæculo, ex quo primus homo cœpit à Deo formatus de limo, congregatio filiorum Dei, quæ iam congregatur, proclamabatur, donec pater generis noſtri, & Hebræorum, qui uocatus eſt Abraham, iuſtum filium ſuum dilectiſſimum Iſaac, quem unicum ſuſceperat, Deo ſuper altare immolandum hoſtiam obtulit. Vnde & fortis Deus eum nõ permiſit occidi: quia nõ delectatur ſed ualde magis offenditur effuſiõe ſangui

nis hominum. Victima autem arietis, quæ d ebita erat in lege Hebræorũ, pro homine cæſa eſt: ſed Deus nõ ſangui ne arietis ſed uolũtate patris et filij iuſta delectatus eſt.

CAPVT .II.

IPſa figura fratres Videntibus oculis noſtris in fil io Dei noſtro tempore perfecta eſt. Deus enim qui pa ter eſt omnium gentium, unicum ſuum, quem ſolum g e- nuit & unice dilexit, ad mortẽ uenire iuſſit. Mori enim potuit quia homo fuit: & quia de uirgine Maria natus eſt homo. Filius Dei ante principium fuit: & quia De- us erat, diu teneri in morte nõ potuit. Reſurrexit enim ante lucem in die tertia de loco in quo eum ſepeliri ui- dimus: & apparuit nobis, & lœtificauit nos. Teſtes enim ſumus: quia eum aſcendere in cœlum uidimus: nec tamẽ à cœlis unquam receſſit. Scitote autem quia de cœlis con templatur bonos & malos: & bonos quidem remunera bit ineffabiliter, malos autem puniet miſerabiliter. Itaq; nolite retro reſpicere ad idola quæ coluiſtis & fabri- caſtis: ſed ipſum ſolum quem uobis prædicaui Deum unũ colite & adorate per omnẽ locum. Ipſe enim eſt cuius occulos nemo poterit effugere, cuius poteſtatem nemo euadere poteſt. Sicut autem ſimulacra ueſtra antiqua diruiſtis: ita ſubuerſa ſit infidelitas à cordibus ueſtris.

CAPVT. III.

HOnorabatis ſacerdotes qui decipiebant uos sa- crificijs ſuis, qui mutis & ſurdis ſtatuis offere-

bant, quæ nec ſe nec uos iuuare poterant: nunc autem multo magis ſacerdotes Dei omnipotentis, qui uitam uobis tribuunt in calice & uiuo pane, honorare debetis. Quem enim uobis conſtitui dei iuſſu, iuſtum eſt à uobis conſeruari. Ipſe.n. Sigibertus, qui ante conſulebat dæmonia ſeruus creaturæ: nūc in fide domini noſtri Ieſu Chriſti perfectus, ſoli Creatori ſeruiens, pro ſtercore reputat ipſa dæmonia quibus ante ſeruiebat. Ignotum uero deum, quem non nouerat, modo cognitum non ſanguine beſtiarum: ſed fide ſyncera & iubilatione confeſſionis ſibi & uobis propitiabilem facit. Nam dum altaria dæmonum in puluerem redigerentur, aram ignoti Dei ad conſecrationem reſeruari iuſſimus: qua dedicata in nomine domini Dei Iſrael & ipſius teſtis Steffani, qui pro eo à Iudæis paſſus eſt, non hominis cultum ſed dei in ea frequentatis. Stephanus enim non Deus: ſed amicus dei fuit: qui pro teſtimonio eius, animam ſuam poſuit: cuius ſanguine ipſa menſa eſt decorata, quia ſuo ſanguine Ieſus Chriſtus comprobatus eſt eſſe Deus: & qui crediderit, ornamenta fidei maiora perceperit. Sacrificiū enim Deo creatori offertur in ara: nō homini, neque angelo. Nec ſolum in ara ſanctificata, ſed ubiq; offertur Deo oblatio munda, ſicut teſtatus eſt: cuius corpus & ſanguinē in uitam æternā offerimus, dicentes: Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & ueritate oportet adorare. Ipſe enim corpus habens & immaculatum &

ſine pec

ſine peccato, quia conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria uirgine, in ara Crucis ipſum permiſit immolari. Qđ autē Iudæi per inuidiam immolauerunt, putātes ſe nomen eius à terra abolere: nos cauſa ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſolo remedio nobis uitam præſtādam, & mortem effugandā, hoc enim ipſe dominus noſter iuſſit nos agere in ſui commemorationem. Nam de ſacrificijs idolorum notum uobis à me factum eſt: quia ea maxime de cauſa dominabatur uobis diabolus. Et ſicut communio uiui Dei eſt uobis uita: ſic participatio menſæ ſimulacrorum erat uobis æterna mors: & infirmitates, & corruptiones, & nimiæ tribulationes huius ſæculi.

CAPVT. IIII.

SEd etiam poſtquàm baptizati eſtis, oportet uos caſtos eſſe â malitia, ut menſa diuina digni ſitis. Nolite autem unum & idem putare eſcam humanam, & diuinam, quæ uobis uiſibilis eſt, ſed tamen in fide perfecta tota cœleſtis. Per unā enim corpus: per alteram anima uiuit. Cauete autem ab homicidijs: ne forte & uos occidammini. Eſt enim indignus menſa Domini, qui hominē occiderit. Nam ſi præſumit Euchariſtiam, reus eſt mortis animæ & corporis ſui. Reuiuiſcit enim anima per baptiſmum: & moritur per homicidium. Corpus uero, quod tanto peccato eſt ſubditum, in impiorū pœnis æternaliter excruciabitur cum anima ſua: poſt illum diem,

quando uerus Deus & uerus homo iudicabit omnes gẽtes. Nolite ergo concupiſcere terræna, qui iã adquiſiſtis cœleſtia, quia per cupiditates mundi huius exardeſcunt mentes in homicidia in inuicẽ. Vnde & animæ pereũt, & quas Chriſtus lauerat aqua ſanctificationis, hoſtis uitæ adquirit in perditionẽ ſuæ mortis, eo ꝙ dum à Deo recedunt, peccatis mortis ſe inuoluunt.

CAPVT. V.

SCribere autem uobis neceſſariũ duco, ut uelut par uidi malitia, ſanctificatos uos Domino prebeatis: attendentes quia gratiſſimum Deo hoſpitium eſt mens munda à cupiditatibus & ſimulatione. Nam ſicut pturbationes maris uidetis, ſic in uobismetipſis fluctus uitiorum ſentietis. Deo autem claritatem ſuæ miſericordiæ ſuper uos extendente, non conturbabimini, ſed exultabitis in trãquillitate poſiti. Beati uero eritis, ſi cum exultatione Deo ſeruiẽtes, libidini reſtiteritis, unde maxima corona remunerationis impertietur uobis. Nec beſtiales mores optet ulterius eſſe in eis, qui uaſa domini munda ſunt in adoptionẽ filiorũ æternæ hæreditatis, ſed honeſtate rationabili omnes hoĩes uti. Hæc enim agentes ſecuri terrã poſſidebitis, & omnia irrationabilia ſubiecta erunt uobis. Ipſa quoq; elementa, quib. ante ſeruiebatis, ſeruiẽt uobis tãq̃ cultorib. & magnis amicis Dei. Prædicationem autẽ meã nolite in uanum ducere quaſi nouam, neq; obliuiſcamini mirabilium Dei, quæ per me

uidiſtis,quia & uos mľta gratia digni eritis,cũ euãgeli um Chriſti in laude & reuerentia habebitis. Itaq; ſicut frequẽter adorabatis opa manuũ ueſtrarũ,ſic poti9 & multo frequẽtius unũ Deũ q uos creauit, uobis uitã tri buit,adorate,qa ab ipſo adiutoriũ habebitis,nõ ſolũ in hoc ſcľo,ſed etiã in futuro. Et aſſidue Deo gratias agite qui de tenebris mortis uos adduxit,& iã cœli ciues fe-cit. Sed et ſpũm Dei sãctificate ĩ cordib9 ueſtris,p ipsũ n. uobis peccatorũ remiſſio tribuitur. Itaq; ſpinas cordis auellite, ut in ſuauitate Dei requieſcatis. Hæ sũt.n.ſpi-næ q̃ per mľtas amaritudines et inuidias et doloſitates nõ ſinũt gaudiũ et oleũ ſpũs sãcti in uobis dominari.

CAPVT .VI.

Sed neq; metuatis eos,q necdũ receperint uiã ſalu tis. Obcœcauit enĩ illos diabolus tenebris ſuis,ne ſe facile eruãt à morte. Mors nãq; eorũ ẽ delectatio ſæculi. In deſiderijs.n.animæ ſuæ moriẽtur,et in adinuẽtiõibus ſuis peribũt,& iniquitas eorũ in caput eorũ deſcẽdet. Habẽtes enim naturalẽ ſensũ,Deũ qui illos creauit,q eis uitã & intellectũ dedit,abnegãt,et dũ ipſi male agunt, bene agẽtes ĩpugnãt. Linguas ſuas,ſicut ſerpẽtes exacu unt,et uenenum aſpidum ſub labijs eorum. Cõtritio & infelicitas in uijs eorum, & uiã pacis nõ cognouerunt, non eſt timor Dei ante oculos eorum. Propterea illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor: ſicut Spi ritus ſanctus, hæc locutus per os uaticinantis regis

protestatus eſt. Nec ſentiũt ſe iã in abyſſum demerſos: cum iam ſint iudicati. Qui enim nõ credit iam iudicatus eſt: quia nõ credit in nomine unigeniti filij Dei, q̃ nos ſaluauit, & illuminauit claritate diuinitatis ſuæ, apparẽs homo per carnẽ ſine peccato, in ſimilitudine carnis peccati. Nolite ergo carnales timere: ſed magis uos ſp̃uales eſtote: et creſcite in gratia Dei: & ſuſtinete patienter eos, q̃ in uobis Chriſtũ pſequuntur: in quẽ credidiſtis, & cuius ſpiritu sãctificati eſtis in æternam ſalutem.

CAPVT. VII.

NVlla ſit in uobis inuidia: p hãc enim ſp̃us ſanct⁹ mentẽ derelinquit. Recedẽte aũt Spiritu sãcto à tabernaculo mentis, euacuatur homo dulcedine: & impletur oĩ amaritudine: nullusq; locus ei eſt in cœlo: quia alienum ſe fecit à bonitate. Efficitur cubile draconum, & habitatio immundorum ſpirituum. Inde ab auaritia abſorbetur: & ab omni dulcedine infructuoſus & ſterilis contabeſcit miſer & derelictus. Vos autem oculos ueſtros aſſidue ad miſericordiã diuinitatis eius erigite: & malitiam diaboli calcate: quia & iam per tropheum Chriſti deuictus eſt: & per Crucem domini ligatus eſt.

CAPVT. VIII.

CRucem domini, in quem credidiſtis deum uerũ & dei filium, ſemper in mente, in ore, in ſigno tenete. Crux enim domini armatura ueſtra inuicta contra ſatanam, galea cuſtodiens caput, lorica protegens

pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatem & angelicas inſidias peruerſæ pbteſtatis ſibi propinquare nullo modo ſinens. Hoc ſolo ſigno cœleſtis uictoria data eſt nobis: & per crucem baptiſma dei ſanctificatum eſt. Neq; in ueneficijs neq; in furtis imitemini peſſimos: & ipſi enim tales à regno Dei excludētur. In fide autem perfecti eſtote: pro certo ſcientes, quia Ieſus Chriſtus ipſe eſt filius dei uiui, qui ſedet à dextris eius: & uos protegit ut regnum diaboli diſperdat. Sed tamen in ſua diſpenſatione occulta ab humano intellectu, permitit diabolum dominari in ſuos: & perſequi bonos in diuerſis tentationibus, quibus electi probãtur, & examinantur. Examinati uero, poſtea coronabuntur. Qui uero eos tentant ultionē non effugient: quia omnes oportet adſtare ante tribunal Chriſti, qui iudicabit in iuſtitia orbem. Beati autem eritis fratres mei in illo die: ſi conſcientiam ueſtram puram coram Deo nunc exhibueritis. Et ſicut unam fidem, unũ baptiſma tenetis à Deo in uobis: ſic angelis cohæredes eritis: naturam quidem humanam, claritatem uero angelicam habituri. Nõ quidem euacuabitur ueritas corporis, ſed non erit pondus & fragilitas corruptionis. Nunc morimur per Adam: & tũc reſurgemus per Chriſtum. Nunc Fragilitate circundamur: tunc uirtute induemur. Et ſi enim morimur corpore: ſed tamē nũq̃ moriemur ſpiritu Spiritus enim ſine morte citatus eſt à Deo.

CAPVT. IX.

ET maxime uiuimus ꝑ paſſionẽ agni incõtaminati, qui à Iudæis in cruce ꝑ ſalute mundi paſſus eſt. Ipſius ſanguis uulnera lauit noſtrarũ animarũ, quibus à morte fatigati, & per lignum uetitum uſq; ad paſſionẽ domini & mortificati, & conſopiti, ineffabili dolore ꝓſternebamur. Nũc autẽ, ex quo reſurrexit à mortuis, iã uiui, iã fortes, iam immortales, iam in ſanitate plena & perpetua exultabimus. Superna enim Dei Gratia clarificauit corda noſtra, ad gloriã & illuminationem gentiũ. Gloria ſalus noſtra, & illuminatio noſtra. De illuminatiõe noſtra, illiumnatio ueſtra manat, qa dũ pñtia ſua Rex regũ nos inſtruere curauit, ꝑ nos æternã uobis claritatẽ miſit. Quæ ergo eſt nebula peccatorũ, q̃ ſplẽdorẽ ueſtrũ obſcurare poſſit? Nã ſi ad horã obſcuret, cito tamẽ ꝑtrãſiet. Claritas aũt domini in æternũ ꝑmanebit, q̃ nũc in uob. paulatim accẽditur. Virtute aũt Dei & ſapiẽtia q̃ manet in æternũ uſq; ad ꝑfectũ clareſcens, illuminabitur tanq̃ lumen perpetuum angelorum. Ex hac enim claritate, quæ illuxit in cordibus ueſtris per fidem qua in mortem domini credidiſtis, conſummabitur in uobis æterna beatitudo, quæ neq; in Deo Patre, & domino Ieſu Chriſto, & Spiritu Dei initium, nec in uobis finem operabitur.

CAPVT. X.

SAne de myſterio trinitatis, quam bonus & beatus & ſuauis Deus Rex regum ꝑ noſtrã adnunciationẽ reuelare dignatus eſt uobis, ſcitote intelligentes

q̄a ultra omnem ſensū angelicarū poteſtatū et uirtutū uera diuinitas excellit,q̄ inpoſſibile ē etiā à ſpiritib. āgelicis cōprehēdi,Sola.n.trinitas ī diuinitate unitatis ſeipsā nouit. Hæc.n.āte ſæcła ī claritate ſuæ æternitatis permāebat,nihil ī ſe diminutū,uł qđ augeri poſſet,itra ſe cōtinēs,ſed uni9 æteritatis,uni9 uolūtatis,uni9 eſsētiæ,unius ſc̄titatis,uni9 puritatis,ultra oē3 puritatē,ultra omnē gloriā ī caritate,ī ueritate,ī bōitate habitauit. Nūc uero ī fine tēporū ꝑpter nos ad quos bōitatis ſuæ magnitudinē extēdit,gł'iā tātæ maieſtatis reuelauit ſc̄tis ſuis,q̄b. et efficatiā ſuæ uirtutis mł'totiēs dignāter prebuit. Vn̄ qdā ex nr̄is ī āore et ītelligētia magn9 ꝑteſtabatur ppło ſuo dicēs. Audi iſrael,dn̄s de9 tu9 un9 ē. Hoc .n. un9 & ſolus de9,dū mitteret quē elegit ad deducēdū ppł'm ſuū de ſeruitute,dignat9 ē pādere,dicēs.Ego sū de9 Abraham de9 Iſaac,de9 Iacob,hoc nōen mēoriale meū in æternū. Rurſū trinitatē ī unitate deſignauit dicēs,Ego sū q ſū. Hæc dices filijs Iſrael. Qui ē,miſit me ad uos.Hæc autē fratres ſcitote,qa uerbū ī qđ credidiſtis,fili9 ē unigenit9 añ oēm ſubſtātiā,āte oē initiū.Ipſe eſt .n.pr̄icipiū,qa de pr̄icipio ieffabił'r genit9 ē. In noſtro uero tp̄e mirabił'r ab āgelo ānūciat9,et ī ueritate icōprehēſibili de uirgine Maria nat9 ē, nihil diminut9 à diuinitate maieſtatis ſuæ, cui9 nos teſtes ſum9. Sp̄us uero dei q uos ſc̄tificauit credētes ī ipsū,q filiū naturalē et ſibi ſcđ'm æternitatē cocq̄lē p oia,reſuſcitauit tertia die à mortuis,nō ē genit9 ſicut

uerbum: quia & ipſe ſpiritus in diuina æqualitate glorioſus proceſſit ineffabiliter ab eo qui genuit, & ab eo quoq; qui genitus eſt. Itaq; ſpiritus domini non genitus, non factus, non creatus, ſed procedens eſt à patre & uerbo. Verbo autem domini cœli firmati: & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Itaq; nihil diſcretum in diuinitate trinitatis ſentiatis: quia nobis unus & idem deus, qui cuncta creauit, Pater: & unus & idem dominus, per quē omnia facta ſunt, filius eius Ieſus Chriſtus, & unus idemq; deus ſpiritus ſanctus: in quo omnia ſubſiſtunt. Et hæc in perſonis tria diuiſa: in diuinitate, unus deus indiuiſus eſt.

CAPVT. XI.

HOc etenim fratres uobis ſcribere neceſſarium duxi: ſicut & præſens uos docui per euangeliũ Chriſti: uolens uos confirmare in ueritate fidei noſtræ, per quam ſanati eſtis ab infidelitate: ut firmam fidem ueſtram cuſtodiatis, obſeruantem immaculatam tunicam ueſtram in conſpectũ æterne claritatis Dei, quia in nouiſſimis temporibus (ut dum in cœlo cum Chriſto, quem deum & hominem in terra adorauimus, quem ad cœlos aſcendentem uidimus: erimus ſoluti à corpore: uenturi uero poſt uos, in hac terræna pugna conuerſabuntur) oportet multos diſcedere retro: dũ deũ, qui illos creauit et uocauit, abnegáre nõ timebũt. Et inimic9 q nũc à cordibus ueſtris proiectus eſt, uenturus eſt, ut ſuperſeminet

populo dei grana errorum. Sed firma eccleſia dei & Chriſti nec cadere nec diſrumpi poterit unquam. Venient autē præſumptores abſq; gratia dei loquentes: quorum gloria labiorum procedit ex ſuperbia: ſimiles illi qui ſuperbia cœlum præſumens habitare, mox de cœlo cum angelis ſuis ſequacibus ruit in æternam uoraginē. Hi docebunt aliam doctrinam quæ aliena eſt à deo: amica autem diabolo: per quam ipſe ſpiritus erroris animas poſt ſe trahere feſtinabit.

CAPVT. XII.

VOs itaq; filij mei, quos in Chriſto per euangeliū genui, ſolum patrem cognoſcite deum, & ſolū dominum cognoſcite Ieſum Chriſtum, & ſolum dominantem uiuificatorem cognoſcite Spiritum ſanctum: & unam fidem, unum baptiſma, unum deum creatorem omnium diligite: ipſumq; ſolum timete: & in mādatis eius: quæ à me audiſtis, uſq; ad mortem patienter perſeuerate, expectantes aduentum eius. Sæculares fabulas declinate: quæ corda ueſtra poſſint ſenſim à diuino amore deflectere.

CAPVT. XIII.

ET ut uerbum Chriſti habitet in uobis cum gratia orate aſſidue. Inuicem uoſipſos in uerbo exhortationis & conſolationis ædificate, alterutrum diligentes, in ſynceritate ambulantes, in gratia Dei abundātes. Euigilate in operibus fructuoſis: & maxime laborate

propter ſpẽ remunerationis: quæ magna promiſſio eſt nobis in cœlis. Solum autẽ. Deum timẽtes, eum qui in fidelibus dominatur, ſathanã nolite timere. Nihil enim gregi Chriſti poterit nocere: quem fortem uidet in fide eius, qui eum emundauit ut non haberet immunditiã ſed plenam & perpetuam gratiam. Gratia & pax uobis fratres cum benedictione Dei æterna, Amen.

Explicit Epiſtola Beati Martialis ad Burdegalenſes.

INCIPIT EPISTOLA EIVSDEM AD TOLOSANOS. Cap. I.

SEruus Dei, Apoſtolus Ieſu Chriſti Martialis Cephas omnibus fratribus qui ſunt Toloſæ cum ſacerdotibus & miniſtris ſpiritualibus eccleſiarum Dei: gratia uobis & ueritas & pax à Deo Patre noſtro, & dño Ieſu Chriſto. Gratias agite Deo inceſſanter filij: qui eripuit uos à profunda caligine damnationis æternæ: & circumſpicite diligentiſſime caput ueſtrum, qđ eſt Chriſtus, qui eſt benedictus in ſæcula, Amen. Vos enim eſtis membra eius & corpus immaculatum, nec aliqua re coinquinatum, neq; ſordibus obuolutũ. Iam enim ſanctificati & mundati eſtis aqua regenerationis. Videbo autem uos in proximo & uiſitabo in Spiritu ſancto, in gratia & fide caſtitatis per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui mortuus eſt pro nobis & reſurrexit in ueritate reſurrectionis: quem gens

Hebræorum iudicans purum hominem, per inuidiam dãnauit morte. Sanauerat enim uidentibus oculis noſtris ægrotos & languidos eorum: curauerat paralyticos, mundauerat leproſos: dæmoniacos liberauerat: & qđ maius eſt, mortuos eorum tanquam de ſomno reſuſcitauerat. Nam & quẽdam iam fœtentem quatriduanum, rogantibus ſororibus eius, ita de monumento facile reſuſcitauit: ut ad ſolum eius uerbum continuo de monumento reſurgeret, ligatus ſudario mortuorũ. Cœcis etiã uiſum reddebat, unde & nato cœco oculos præbuit. Et innumera alia magnalia operatus eſt in populo Iudæorum: ſicut prædico & annuncio uobis teſtificans uera eſſe quæ de eo à me per euangelium ueritatis audiſtis.

CAPVT .II.

H*Vnc enim dominum & magiſtrum noſtrum, q uere Chriſtus filius Dei eſt: poſt tanta & innumera beneficia, quæ in eis operatus erat, turbæ Iudæorũ ſuadentibus principibus ſacerdotum & Scribis, ſine aliquo reatu mortis, dum cauſa non inueniretur in eo, poſtulauerunt interimi in ligno. Propter qđ magnis uocibus acclamabant Iudæi dicentes. Crucifige, crucifige. Mors autem eius lignum crucis eis extitit. Vnde triumphus crucis uita noſtra eſt in æternum. Per crucẽ enim uita nobis reſtaurata eſt: & mors mortua eſt.* CA.III.

E ECCE VT VOBIS IAM NOTVM *feci, & iterum uobis notum facio: quòd Chriſtus*

poſtq̃ reſurrexit de ſepulchro conuerſatus eſt nobiſcum per dies.xl. & conueſci nobiſcum non eſt dedignatus, ut ſe in ueritate carnis uiuum nobis demonſtraret. Et præcepit nobis prædicare & teſtificari gentibus pñiam & remiſſionem peccatorum & regnum cœlorum.
Aſcendit autem in cœlum, & ſedet à dextris Dei æternus in maieſtate, in gloria Patris. Vnde iudex uiuorum & mortuorum apparebit in die nouiſſimo: ad cuius uocem omnis caro reſurget, & ſancti renouabuntur in incorruptione immortalitatis æternæ,

CAPVT. IIII.

ET nũc fratres, quem impij occidere putãtes morti tradidere, immortalem uos adorate Deum & Saluatorem ueſtrum dominum Ieſum Chriſtum. In cuius nomine niſi quis baptiſatus fuerit per aquam regenerationis, ſaluari non poteſt. Ipſe enim ad hoc uenit in mũdum ut omnes homines uocaret in ſaluationẽ: quæ amiſſa erat per ſerpentem in primo Adam. Qui ergo iam Deo per dilectionem mandatorum ac per myſteria ſacramentorum eius coniuncti eſtis, oculos mentis ueſtræ attollite in gloriam maieſtatis & magnitudinis eius.

CAPVT. V.

ANte omnia autem & ſuper omnia, cœleſtis ſit conuerſatio ueſtra: nihilq́; terrænum, nihil diabolicũ, nihilq́; carnale ſapiatis. Gratia enim ſaluati eſtis Nec ullo mõ dubitetis promiſſiones Dei æternas, quas

à me audiſtis: & quas per memetipſum olim tradidi uobis, Iis autem, qui ſunt increduli, nec adquieſcunt ueritati, tribulatio & indignatio & ignis æternus: qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Amplitudo deniq; & altitudo charitatis per uos diffundantur, per quã alterutrum inuicem diligatis. Quia Deus & charitas & ueritas eſt: nihilq; in eo triſte uel mendacium. Incõmutabilis enim eſt: & uirtus dei ultra omnem modum & omnem ſenſum inæſtimabilis.

CAPVT. VI.

BEne igitur facietis ſi abominamini idola: q̃ dudum deos eſſe credebatis. Hæc autem ſunt opera manuum hominum, non uidentia neq; audientia: qa nec flatum habent, quæ nec ſe nec uos quicq̃ iuuare poſſunt. Quin potius cultores ſuos in malitiam æternæ tribulationis ſubmerſerunt: quia in ipſis manu factis dæmones damnati ſpũs erroris ſubintroierunt: qui hactenus per longa ſæcula creaturam ad imaginem dei factam in morte deceperunt: donec nouiſſimo tempore inſequente uirtus crucis dei uiui eos diſperdidit, & ibi illuſionibus, quibus ante uos ledebant, coercuit.

CAPVT. VII.

VIdiſtis enim per me in nomine domini quem Iudæi crucifixerunt: & qui tertia die reſurrexit à mortuis: dæmões exire coactos de ſtatuis manu factis, in quibus reſponſa fallatia & plena deceptionum culto-

ribus ſuis dabant, & eas iuſſu meo in nomine dei p̄ uirtutem Chriſti in puluerem redegiſſe. Ecce enim tempus quo dæmonibus ablata eſt p̄tãs decipiendi & nocẽdi: ut non dominentur hominũ fideliũ: & ut nihil eos, q̄ in deũ uiuum crediderint, ultra lædere præualeant. Liberati itaq; à p̄tãte Satanæ, gaudete in domino q̄ liberauit uos: & nolite extollere cornu ueſtrum aduerſus ueritatem maieſtatis, quam ſemel per me cognouiſtis, & in potentia ſignorum & curationum efficacẽ copioſe probaſtis. Nõ eſt enim alius deus in cœlo & in terra, in quo oportet uos ſaluos fieri: niſi dominus Ieſus Chriſtus, quẽ uobis oſtendi crucifixũ à Iudæis, & tertia die reſurrexiſſe à mortuis cuius nomen glorioſum erit in ſæcula. Ecce aũt ipſe rex noſter.

CAPVT. VIII.

STeffanus qui iam cognouit ueritatẽ dei creatoris ſui, & baptiſatus eſt à me cum tyrãnis & ſatellitibus ſuis, in gratia dei quotidie creſcit noua germinis ui ui, quam dominus noſter Ieſus Chriſtus uſq; in finem ſæculi per eos quos nouit & prædeſtinauit, ſibi multiplicabit ſecũdum diuitias gratiæ, ſuæ. In cuius nomine ſicut multi ueſtrum uiderunt, tyrãnum eius reſuſcitaui à mortuis: qui & ipſe cum ſatrapis baptiſatus à morte duplici ſubtractus eſt. Virgo autem Valeria ſponſa regis terræſtris, ſed melius ſponſa regis cœleſtis: quæ per meã prædicationem uirginitatem mentis & corporis deo deuo

uerat, gladio decollata: dum uitam tpalem contempſit, æternam inuenit: & temporalem mortem pro Chriſto ſuſcipere non recuſans, æternam mortem deuicit. Hæc enim per orationem meam ſpũ ſancto repleta, magna effecta eſt in gratia dei. Et ideo prudẽs uirgo ad cœleſtia regna peruenit: & diabolũ triumphauit. Hæc porro ſpũs dei in illa eſt operatus: qui oẽ bonum operatur in nobis in Chriſto Ieſu: pro cuius amore & teſtimonio inuincibiles ſemper non cunctamur ferre cum omni patientia gladios carnificum. Pro cuius teſtimonio grata fuerũt nobis uincula, tribulatiões, carceres, anguſtiæ, fames, diuerſæq; paſſionũ acerbitates. Ipſe enim locutus eſt nobis dicens, Confidite: ego uici mũdum. Cuius enim gratiæ debetur omnis plena uictoria: niſi eius, q̧ de morte triumphator morte ſua mortem uicit, & Satanam ligans, infernum ſpolians, captiuum eſſe fecit? Spõſus autem uirginis adeo eſt effectus teſtis paſſionum Chriſti, ut in corpore ſuo cœleſtem conuerſationem iam præbeat ſubditis, deſideria carnis ſuæ crucifigens, regnum diaboli minuens: nec ſolũ Chriſto cui credidit, eccleſias per ſuum regnum ſecundum quod ſpiritui ſancto & nobis uiſum eſt diſponere, & fabricare gaudeat: ſed antiqua templa dæmoniorum, & ſpurciſſima fana idolorum deſtruere perfectus in fide uideatur. Ipſius enim iuſſu idola Cadurci oppidi ac Toloſanæ urbis & confinis eius iã nuper diruta ſunt. Cui etiã obedire debetis in omnibus,

quia princeps à deo uobis eſt conſtitutus: à quo omnis ptãs & paternitas in cœlis & in terra originem ac fortitudinem ſumpſit. Quem principem bonum ad hoc tantum munus perduxit grauem & nouellæ fidei, ꝑ quam nouus homo factus nouo homini coniunctus eſt, ut pro ſuauitate quoq; præmij futuri illectus, copulam carnalium nuptiarũ deuitauerit per meam prædicationẽ: quatenus liberior deo famulari poſſit, et multas cateruas populorum ſubdere fonti regenerationis.

CAPVT. IX.

NEc ideo tamen prohibemus nubere legitimo cõnubio, cum & hoc coniugium honeſtum conceſſum ſit & conſtitutum à deo ab initio mundi in multiplicationem generis humani. In tantum enim dominus meus & magiſter Ieſus Chriſtus legittimum & imaculatum thorum cõnubij approbauit ijs qui in ſanctificatione & honore caſtitatis nubere uolunt: ut ad quaſdã nuptias inuitatus eas præſentia ſuæ maieſtatis ſanctificauerit, & miraculo, magnifice ſtupendo lætificauerit. Ibi enim ſex hydrias plenas aq̃ factas, aqua in uinũ mutata, uiniferas oſtendit: & cunctos qui aderant beneficio tanto ualde lætificauit. Hebræis quoq; eum interrogantibus, ſi liceat homini dimittere uxorem: reſpondit dicens. Non legiſtis quia qui creauit ab initio hominem, maſculum & fœminam creauit eos, & benedixit eis dicens: Creſcite & multiplicamini & replete terram: &

terror

terror ueſter ſit ſuper cuncta animantia terræ? Quod deus coniũxit homo non ſepet. Nã & pater noſter Adã primus factus ex limo, uxorem cœpit ex coſta propria plaſmatam, de qua ꝓteſtatus eſt dicens. Hoc nunc os ex oſſibus meis, caro de carne mea. Hæc uocabitur uirago: quia de uiro aſſumpta eſt. Quapropter relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Vnde dominus & magiſter meus Hebræis ſciſcitantibus hæc quoq; ſubintulit dicẽs. Ego autem dico uobis, quia quicunq; dimiſerit uxorem ſuam, excepta fornicationis cã, mœchatur. Et qui dimiſſam ab alio duxerit, mœchatur. Vltra hunc autem gradũ homini licite conceſſum uiduitatem in præmio maiori conſtituit. Sed & tertium excellentem gradum honeſtatis in uirginitate demonſtrauit nobis perfectum, & per omnia ſimilem angelicæ dignitati. Ad quem inuitabat nos dicens. Non omnes capiunt uerbum hoc, ſed qui põt capere capiat.

CAPVT. X.

IDeo prædico uobis, quicũq; in uobis uiduitatẽ propter recompenſationem elegerint, non fraudabuntur munere claritatis dei. Qui uero in ſublimitate excelſiori permanſerint uirgines eſſe eligẽtes, centuplicatam in perpetua benedictione gloriam conſequentur. Nam qui in uirginitate ſingulari uirginitatem matris ſuæ elegit, qui mortuus & reſurrexit primogenitus ex mortuis,

magnificenti9 ſecum qui tales eſſe elegerint in benedictione & regno patris exaltabit. Omnis autem per eccleſiam Deo regeneratus incorruptionē fidei poſſideat, ne corrumpatur perfidia ſerpentis, quia eccleſia ſancta & uirgo effecta eſt, quam Chriſtus reſurgens à mortuis ſanguine ſuo ſanctificauit, & per omnia immaculatam conſtituit.

CAPVT. XI.

DE alijs uero admonere uos uolo, ut cuſtodiatis uos ab immolatione & ſuffocatis, ut ſit omnis fornicatio longe à uobis. Immunditiam fugite, quia iā ſanctificati eſtis, & in ſanctitate Deo ſeruite. Cauete autem à furtis & rapinis, & ab omni auaritia, & nolite inuicem inſidiari. Certi eſtote, neminem effugere poſſe præſentiam dei uiui, qui de cœlo reſpicit ſuper filios hominum. Cui ſi attentius ſeruietis, omnem malitiā & uenenum diaboli conculcabitis.

CAPVT. XII.

MEmentote uero ſermonis mei quem ſæpe dicebam uobis, quanta & qualia in cœlo præparata ſunt ſanctis & timentibus deum. Omnis enim potentia & gloria in regno dei indeſinenter permanent, quæ nec augeri nec minui poſſunt. Ibi enim ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ perennes, in eo qui nos uocauit in regnum & gloriam ſuam. Ibi ordines multitudinis laudantium Deum angelorum & uirtutum, quæ per ipſū

uerbum, per quod omnia facta ſunt, creatæ in laudibus creatoris ſui quieſcunt. Ipſe laus & requies eorum, & ſpectatio noua, in quem ſemper deſiderant proſpicere. Vbi locum habet uirginitas, continentia, caſtitas, longanimitas, expectatio, charitas. Quo fides & ſpes, timor & munditia tendunt, Ibi ueritas & iuſtitia, & pax & obedientia mandatorum dei, locum paratum habent ab origine mundi. Multa milia illic poteſtatum & archangelorum in intima luce gloriæ dei creatoris ſui contemplari deſiderant. Hæc autem uobis communia erunt, ſi proximi deo fueritis, ſi amatores eius, ſi imitatores. Ille enim paſtor paſtorum & rex regum uobis reliquit exemplum, quod decenter ornat conſcientiam ueſtram.

CAPVT. XIII.

AVdiſtis namq; à me exemplum patientiæ ipſius quia cũ malediceretur non maledixit, qui, ſicut agnus innocens, ante tribunal corruptibilis iudicis ſe iudicari permiſit. Nam & diſcipulo ſuo à quo tradẽdum ſe nouerat dulcedine ſuæ bonitatis, nobis trementibus & intuentibus ſæuitiam eorum qui eum compræhendere uenerunt, oſculum dedit. Qui autem eum tradidit condiſcipulus nobis erat, ſed merito auaritiæ ſuæ plenus iniquitate, qua præcium mundi uendidit, obligatus in nequitia deſperationis ſuæ, ut etiã uenia ſemetipſum indignum faceret, non ſuſtinuit pœnitentiã, donec laqueo

mortis ſemetipſum conſumpſit. Tantã ergo iniquitatẽ auariciæ execramini filij mei amatiſſimi, gloria meæ et corona, & nolite iterũ uos tradere in mortem æternã, quam iam per dei electionem euadere meruiſtis. Et nolite reuerti ad priſtina noxia, in quibus ſeducamini ſecũdum carnem, ſapientes tantum ea quæ carnis ſunt, non dum enim tunc noueratis ſapere ſecundum ſpiritum.

CAPVT. XIIII.

DE cætero itaq; gaudete, quia euaſiſtis laqueos auaritiæ, facti ſinceri & irreprehẽſibiles corã deo & hominibus, & ſine offenſa. Veritatem ex corde puriſſimam oſtendite, ut nunq̃ in ipſum mentiri inueniamini. Habemus enim teſtem ueritatis & conſcientiæ noſtræ Deum magnum omnipotentem, & filium eius ſaluatorem uoſtrum, & paraclitum ſpiritum, qui charitatem dei infudit cordibus noſtris. Cui per omnia ſemper placentes inueniamur ueritatis ui amici, ne timeamus ullo modo filios mendacij, qui inuidia & multis peccatis obcæcati indigni ſunt cognoſcere ueritatẽ dei, & ſi cognoſcunt non eam diligunt, quin potius perſequntur quãtum in ipſis eſt. Quorũ uindicta in proximo inſtat, quia quod nolunt recuſant, quod uolunt approbant, quorum taciturnitas (ſi non eam perſequerentur) ſufficeret illis ad damnationem gehennæ, nũc autem quia cognitã perſequntur, centuplicatam ſibi gehennam adquirunt. Ne ergo timueritis neq; formidetis, ſed neq; admiremini

eos. Vapor enim eſt nebulæ malitia eorum, quæ cito pertranſibit ſicut fumus noxius oculis. Deus autem & ueritas in ſempiternum permanet. Et ueritate delectatur dominus deus noſter, mēdatio autē irritatur. Nō enim eſt mendatium ex Deo, ſed ex diabolo.

CAPVT. XV.

Rogate tamen pro talibus obſecrationem ad dominum facientes, ut ſi non cognoſcūt claritatē ueritatis quomodocūq;, ſaltem ab ignorantiæ nocte reſurgant, & apperiantur oculi eorum ad intelligenda diuina, & pietatis plena myſteria. Qui uero puritatem ueritatis cognoſcunt quidem ſed non diligunt, orate pro eis ut purgentur à malitia & nequitia cordis ſui. Pro uobis ſine intermiſſione orate, ut nunq̄ ueritas in intelligentia ueſtra obnubilatiouem aliquo modo capiat (quod abſit) ſed ſemper quotidie augmentetur ad ſalutem ueſtram in gloria dei patris. Oratio ſiquidem uobis neceſſaria eſt. Inſtantes itaq; orationi, inſtate cotidie, quia aduerſarius ueſter in circuitu quærēs, ut fera peſſima, quā ex ouibus dei dilaceret. Qui maxime per fidem ſtabilem & orationem puram atq; aſſiduam fugit ab ouili dei.

Orate autem in gloriam domini, & quicquid exhibetis fratribus, per gloriam dei exhibete, non per inanem gloriā, & uoſmetipſos in gloriam dei continete. Petitiōes in ſalutem æternā quærite, regnum dei & iuſtitiā eius petere maxime deſiderate, & cuncta neceſſaria uobis à

deo tribuentur. Patrem omnium, Deum in cœlis regnantem ſemper inuocate, ut ueniat eius regnum depræcantes, fiatq; eius uoluntas in nobis ſicut in angelis cœlorũ.

CAPVT. XVI.

Vobisipſis inuicem donate ut ſine impedimento fiant orationes ueſtræ, & odium fratribus nolite tenere, neq; alicui detrahere inueniamini, & inſuper aures à detractoribus auertite. In hoc enim cognoſcẽt nos omnes uere oues Chriſti eſſe, ſi dilectionem ſimplicem & ſanctam habuerimus ad inuicem. Tunc autem amici Dei eritis, nec iam uos uocabit ſeruos, ſed amicos ſuos, quia in dilectionem conſummabitis.

CAPVT. XVII.

Cvm uero impietatem amantes qui ſunt longe à dilectione dei & mandatorum eius conuenticula contra ueſtram, immo contra gloriam dei, ut uerum eius lucidiſſimum in æternum obſcurare in aliquo poſſint, inter ſe egerint, nolite dubitare in fide dei, ſed uosmetipſos in ſpiritu ſancto cohortantes in laudes gratiſſimas deo datori omnium bonorum credite, qui uos gloria ſua dignos efficiet, & ſub omni celeritate tanq̃ oriens ſol in ſerenitate lucidiſſima atq; placidiſſima poſt tetram noctem ad uos dignabitur per gratiã uenire, & caligines omnium inimicorum ueſtrorum in momento ad nihilũ rediget. Vobis autem dabit læticiam angelorum & claritatem cœleſtem ſuperabundanter quã petitis aut in tel

ligitis. Deo enim cura eſt de uobis, & nouit nequitiam inſidiantium uobis, ut puniat eam tempore congruenti. Vos autem ereptos à malitia diripientium ſuperiores illis faciet, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Vobis enim eſt teſtis ſcrutator renum & cordium. In eius obedientia nihil arroganter, nihil ſuperbe, nihil temere præſumere, ſed tanquam puſillus grex dei, uolũtatem eius adimplere ſtudete in uerbis ſanctis & operibus bonis. Etenim frequens & aſſidua dei cuſtodia ſuper uos, qui moderatur uos in bonitate clementiæ ſuæ, annuens uobis ſecundum dignitatem & omnipotentiam magnitudinis & maieſtatis ſuæ.

CAPVT. XVIII.

VAeh autem illis qui præſentibus intenti deum non diligunt & uos perſequntur, non enim uos ſed deum perſequntur. Patitur enim deus in uobis qui in eum creditis, & retributionem eius expectatis cum conſcientia & fide apud eum integra. Quando autẽ paſtimini propter iuſtitiam, gaudete, & de ijs quæ in triſtitia cordis ueſtri accidunt nolite mirari. Eſt enim permiſſio iuſta ꝓbãs & examinans corda ueſtra ſi eũ uere diligitis. Aduenæ eſtis et incolæ huius mũdi et uelut peregrini, ideoq; expectate hæreditatẽ regni dei, qđ poſt exiliũ mali huius ſæculi à deo cum gaudio poſſidendum percipietis, & ſi quotidie peregrinamini in mľtis tentationibus & caſibus dolorum & ærũnarũ, quas perferetis.

Quid ad uos delectatio mundi? Mundus enim ſine fide in fidelis, uos autem in fide & remuneratione gratiæ.

CAPVT. XIX.

Confido autẽ de uobis in domino q; liberabimini uelociter à ſerpẽtibus inſidioſis, & aduerſarijs qui uobis propter iuſtitiã Dei detrahunt, qui uos uolunt habere in confuſſionem, & in opprobrium, & in damna temporalia. De quibus etiam eripiat uos mirabiliter omnipotens Deus, qui nunc uos habẽt in deriſum & in ſimilitudinem improperij, qui ualde torquẽtur in ueſtra bona fama, & glorioſa coram Deo & ſanctis eius fiducia, dicentes uos in caſſum laborare propter deum, & tãta mundi huius delectamenta propter uim uirtutis & præceptum Dei inane, contemnere. Eſt enim qui uobis fidẽ tribuit, & cui curatis placere, cuiusq; uoluntati cõcordare maluiſtis, & recordatis, pro ut noſtis & poteſtis, protecttor & cornu ſalutis ueſtræ, exaltatio atque refugium ueſtrum in die uiſitationis, quando cuncta diſcernet in ueritate & æquitate, iudicaturus unumquẽq; iuxta uias ſuas, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum. Vos autem in adinuentionibus ueſtris nihil agitis nec ſapitis. Nec enim poſt cor ueſtrum ambulare debetis, ſed potius in puritate Deo gratiſſima uoluntatem conſtitutionis Dei adimplere paratis. Eſtis enim populus dei, audientes eum & in uijs eius ambulantes. Ideo inimici noſtri pro nihilo humiliabuntur à deo, & ſuper

tribulantes uos erit manus domini in uindictam & ulti onem debitã. Qui enim mẽtiti ſunt deo, inimici eius sũt, & erit tempus eorum in ſæcula in tormentis ſecũdum rectitudinem iuſti iudicij dei, quem expectamus ut conſo letur uos, ſicut & conſolari dignatus eſt nos.

CAPVT. XX.

ECce per eum qui in me loquitur dominum meum & magiſtrum Ieſum Chriſtum adnuntio uobis, Iam inſtat regnum eius, iam fulget ſupra ſolem nomen eius, iam prædicantur per omnem terram opera magna & mirabilia. Iam ſubdidit ſibi principem harum puin ciarum, & futurum ut ſubdat ſibi principes totius or bis. Iam excuſſit iugum diaboli de ceruicibus ſuorum fi delium, iam ex integro confirmabit gloriam regni ſui in uobis. Vnde omnis eccleſia exultatione inenarrabili replebitur ſine ulla cunctatione feſtinanter, & gaudio quod nunquam poſſit aufferri à diligentibus & deſide rantibus charitatem, & ueritatem, & gloriam dei, quæ eſt Ieſus Chriſtus dominus noſter benedictus in ſæcula, Amen. Confracta eſt deniq; catena diaboli, qua ligatos dei ſeruos in incredulitate tenebat, cuius ſectatores ma ligni in ſuis iniquitatibus aſſumẽtur, & in ſupercilio ſuo deijcientur uſq; ad profundum nouiſſimi, in quo non eſt aqua, ſed ariditas perpetua cum igne æterno, unde nun quam extrahẽtur. Quòd ſi reſipuerint à malitia ſua, libe rabuntur ab eo cui nihil eſt impoſſibile. Deo enim om

nia ſunt poſſibilia, Et ſi liberatio eorum peruenerit, & hoc donum, & uictoria, & immēſa gratia erunt in eis ſicut & in uobis.

CAPVT. XXI.

VOs enim ſcitis quō reſtitiſtis ueritati, ſed gratias deo ago qui liberauit uos à lege peccati & mortis, qui inſpirauit cordibus ueſtris ea uelle quæ & ipſe deſiderat, atq; in unitate ſuæ bonitatis per gratiam adoptionis uos adunauit. Nunquā ergo deficiatis ab oratione pura, nunquā de Dei noſtri largitate deſperetis, quia ſalubriter quæ deſideratis adhuc differt, ut accendātur multo magis deſideria ueſtra in eum. Obſeruate autem eos qui in hypocriſi loquntur mendacium, ut uos de uia ueritatis quam cum deo elegiſtis auertant in ſemitas incongruas iniquitatum & negligentiæ. Et quanto magis per ipſos pulſat oſtium mentis ueſtræ ſatanas uolens irrumpere intro, & germen in uos pietatis obruere, eo magis ſolidi in charitate, & firmi in fide, & alacres in ſpe dei gloriæ, talibus reſiſtite uiriliter, ſcientes q; pertrāſibunt ſub omni celeritate quæ uobis contraria ſunt, deo pro uobis pugnante, permanebunt autem in æternū, quæ per gratiam ſpiritus dei conſtituta ſunt uobis. Eſt autē hæc hora nouiſſima, in qua oportet ab infidelibus ueritatem reprobari, fabulas autem quæ ipſis placent, pro firmitate muri ſpiritualis extolli, cum ſit citiſſima caſura parietis eorum, quia linitus eſt abſque temperatura,

nec ſunt ueraces qui linunt eum, & prophetantes mendatium. Sed & plantatio eorum ſi alq̄d etiam germinis emerſerit eradicabitur, ut non appareat ueſtigiū laborū eorum. Veſtra autem plātatio, quā in uobis pater cœleſtis plantauit, nullo modo eradicabitur, & uſq; ad cœlos cœlorū & ante conſpectum domini ſine fine coronāda, amplificabitur, in augmētatiōe dextere uirtutis dei, qui humilia reſpicit & alta alonge cognoſcit.

CAPVT. XXII.

VNde fratres mei uobis erit magna dei retributio in bonis glorie ſuæ, qui ei obeditis, qui cum imitati fuiſtis, cuius uoluntas requieuit in uobis, qui pro eius nomine tanta ab inuidia ſerpentis antiqui paſſi eſtis hucusq;. Non autem uos eſtis qui uincitis inuidiam ſatanæ, ſed deus & pater omnis gloriæ fortitudinem incredulorum & aduerſantium atq; inſidiantiū uobis in uobis deuincit. Nec enim uos eſtis uictores, ſed deus omnis gratiæ, in quē fideliter creditis & aſpiratis, quē uere diligitis. Ideoq; nihil meritis ueſtris aſcribatis, q̄ſi nō egentes dei gratia, quia ſine deo nihil poteſtis facere.

CAPVT. XXIII.

COmmendo autem uos Deo in gratia eius in qua ſtatis, ut liberet & cuſtodiat uos à malis omnibus, non ſolum in hoc ſæculo ſed etiam in futuro.

Et ualde congratulor fidei ueſtræ in qua Deo ſeruientes attentius ei placere deſideratis. Porro à mur

muratione cuſtodite corda ueſtra, & timete tormenta æterna, tormenta amara & intolerabilia, quibus peccatores & qui deum non nouerunt punientur, & qui cognitum non dilexerunt. In quo exemplo cruciatuum gehennæ ſæpe uidetis tribulationes quibuſdam imminere in corporibus ardentibus, quas tamen qui in gratiarum actione ſuſtinent, coronã ſibi adquirunt. Non ergo admiremini uidentes ignitã in ferocitate cruciari innoxios. Quos enim diligit dominus, flagellat. Ipſos autẽ qui mei filij ſunt, ſi ſentimus in contumacia proteruitatis poſt baptiſmum, nullo modo perturbamur, ſed magis cõdolemus illis.

CAPVT. XXIIII.

Veſtra autem oratione tales opus habent, ut oretis pro eis, quatinus diabolus à cordibus eorum auferatur, qui eos adhoc incitat contra nos, ut in æternum demergat interitum. Quando autem præſens fui uobis corpore, unanimi dilectione me habuiſtis in charitate Chriſti, ideoq; plurimum congratulatus ſum in domino ueſtræ ſanctæ fidei & dilectioni. Et hac de re oratio noſtra continua pro uobis eſt ad deum, ut hic & in futuro à malis omnibus uos eripiat. Abſens uero corpore erga uos eandem dilectionem poſſideo, & ideo maxime, quia ſcio eam uos erga memetipſum poſſidere. Talis enim dilectio amabilis ſpiritui ſancto eſt, per quã uenietis ad gaudia claritatis Domini, ubi cuncta uobis

gloria affluet, quæ nunquam minoratur in perſecutioni bus. Deniq; quia ſuſtinetis eas à ſuperbis huius ſæculi, nolite à fiducia domini deſperare, ſed ad eum corda ueſtra conuertite, qui uos liberabit à præſenti & futura ira.

CAPVT. XXV.

OBſeruatiònes autem dierum & temporũ atq; aſtrorum nolite attendere, quibus gentes idolis deditæ intendunt, & tali obſeruatione à diabolo decipiuntur, & à ueritate relinquntur. Confidite ergo in potentia domini Ieſu Chriſti, cuius clementia immenſurabilis eſt, cuius poteſtas ineffabilis, cuius gloria ſemper & in æternum deſiderabilis, quia nunquã derelinquet uos, ſed in omnibus ubiq; uobis aderit, ſicut ipſe nobis pollicitus eſt, dicens. Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſumationem ſæculi. Ipſi enim omnia abſcondita patent, & nihil ſine eius uolũtate poterit uobis euenire. In illius contemplatione mentem ueſtram aſſidue figite, & præter eum nihil diligatis, quoniã ipſi cura eſt de uobis.

CAPVT. XXVI.

QVod uero in ueſtra poſtulatione à me petitis, ſcitote confidentes, quia à Deo tribuetur uobis ultra quàm petitis & intelligitis. Ipſe enim eſt pax, ipſe omnia ſuperat bella, ipſe uobis uictoriam de inimicis, pacem firmam & ſine ſanguine dabit. Hæc eſt enim uos

luntas eius & gloria, & de ueſtro bono deſiderio congaudet. Noſq; ei gratias referimus qui ſedet ad dexteram dei patris in gloria ſpiritus ſancti.

CAPVT. XXVII.

SAlutate in perfectione pacis qui diligunt dominum Ieſum Chriſtum. Pro impijs uero aſſidue orate, ut ad ueritatem Dei conuertantur, per quam gloriam & in qua permanemus, & cum qua ſine fine perpetuã Dei uiſionem contemplabimur. Pro qua etiam millies corpus noſtrum ſub omnibus tormentis morti dare optamus. Eſt enim uiſio Dei qua ſola angeli perfruuntur, & omnes perfecti in dilectione eius, ad quam peruenire deſideramus cottidie ſuſpirãtes ad illius ineſtimabilẽ gl̃iam.

CAPVT. XXVIII.

FAtigari autem uos nolo uſq; ad me, quouſq; nuncium meum uidentes ſine aliqua hæſitatione ad præſentiam noſtram ueniatis, ut præſentes inuicem in gloria Chriſti gaudeamus, qui abſentes eius dilectionem & præſentiam omnipotentiæ ſuæ omni hora præ oculis habemus. Pax uero & omne bonum, omniſq; conſolatio, oro deum ut iugiter maneat uobis, languorem autem ac nequitiã & omne peccatum, & quicquid eſſe poteſt moleſtũ, procul faciat dominus à uobis, ut animæ ueſtræ in gloriam dei ſine corruptione perueniant, & abſq; metu diaboli, corpora autem ueſtra ſine macula peccatorũ præſententur Domino in reſurrectione carnis ad diem

uniuerſalis iudicij. AMEN.

τέλος, καὶ τῷ θεῷ δόξα.

Hæ duæ Epiſtolæ his temporibus à domino reuelatæ ſunt & repertæ in ſacrario Baſilicæ ſancti Petri in urbe Lemouica, ubi hactenus latuerant defoſſæ in arca ſaxea ſub terra, q̃ præ nimia uetuſtate uix legi potuerũt.

Sequntur Epiſtolæ Beatiſſimi Martyris Chriſti Ignatij, & quorundam aliorum ſanctorum. Et primo teſtimonium diui Hieronymi de eiſdem B. ignatij epiſtolis.

Hieronimus in libro de uiris illuſtribus, de epiſtolis & martyrio B. Ignatij.

IGnatius Antiochenæ eccleſiæ tertius poſt Petrum apoſtolum epiſcopus, perſecutionẽ cõmouente Traiano damnatus ad beſtias Romã uinctus mittitur. Cunq; nauigans Smyrnam ueniſſet, ubi polycarpus auditor Ioannis, epiſcopus erat, ſcripſit unam epiſtolam ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Coloſſenſes, quartam ad Romãos, & inde egrediens ſcripſit ad Philadelphenos, & ad Smyrnæos, & proprie ad Policarpum, cõmendans illi Antiochenſem eccleſiã. In qua & de euangelio quod nuper à me tranſlatum eſt ſuper perſonam Chriſti ponit teſtimonium dicens. Ego uero & poſt reſurrectionem cum in carne uidi,

& credo quia ſit, & quando uenit ad Petrum, & ad eos qui cum Petro erant dixit eis, Ecce palpate me, & uidete quia non ſum dæmonium incorporale, & ſtatim tetigerunt eum & crediderunt. Dignum autem uidetur quia tanti uiri fecimus mentionem, & de epiſtola eius quam ad Romanos ſcripſit pauca ponere. De Syria inquit uſq; Romam pugno ad beſtias in mari & in terra nocte ac die ligatus cum duodecim Leopardis, hoc eſt militibus qui me cuſtodiunt, quibus ſi benefeceris peiores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina eſt. Sed non idcirco iuſtificatus ſum. Vtinam fruar beſtijs, quæ mihi præparatæ ſunt. Quas & oro ueloces mihi eſſe ad interitum, & alliciam ad comedendum me, ne ſicut & aliorum martyrum non audeant corpus attingere, Qd' ſi uenire noluerint, ego uim faciam ut deuorer. Ignoſcite mihi filioli, quid mihi proſit ego ſcio. Nunc incipio eſſe diſcipulus Chriſti, nihil de his quæ uidentur deſiderans, ut Ieſum Chriſtum inueniam. Ignis, Crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorumq; diuiſio, & totius corporis contritio, & tormenta diaboli in me ueniant tantum ut Chriſto fruar. Cumq; iam damnatus eſſet ad beſtias, & ardore paſcendi rugientes audiret leones, ait. Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, ut panis uiuus inueniar. Paſſus eſt autem. xi. Traiani anno, reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent ad portam Daphniticam, in cœmiterio.

Epiſtola

EPISTOLA BEATI IGNATII EPIſcopi & Martyris ad Ioãnem Apoſtolũ & Euangeliſtam præceptorem ſuum, Prima.

Ioanni Sãcto ſeniori ſuus Ignatius & qui cum eo ſunt.

FRater de tua mora dolemus grauiter, allocutionibus & conſolationibus tuis roborãdi. Si tua abſentia ꝓtendatur, multos de noſtris deſtituet, properes igitur uenire, quia credimus expedire. Sunt & hic multæ de mulieribus noſtris Mariam Ieſu uidere cupientes, & quotidie à nobis ad uos diſcurrere uolentes ut eam contingant & hubera eius tractent, quæ dominum Ieſum aluerunt, & quædam eius ſecretiora percunctentur ipſam Mariam Ieſu. Eſt & Salomæ, quam diligis, filia Annæ Hieroſolimis & quinq; menſibus apud eam cõmorata. Et quidam notificauere eandẽ matrem dei omnium gratiarum eſſe abundãtem, & omnium uirtutum more uirginis, uirtutis, & gratiæ fecundam, quæ (ut dicunt) in perſecutionibus & afflictionibus eſt hilaris, in pœnurijs & indigentijs non querula, iniuriantibus grata, & modeſta in re lœta. Miſeris & afflictis condolet coafflicta & ſubuenire non pigreſcit. Contra uitiorum autem peſtiferos conflictus in pugna fidei diſceptans eniteſcit. Noſtræ nouæ religionis & pœnitentiæ eſt magiſtra, & apud fideles omnium operum

pietatis miniſtra. Humliibus quidem eſt deuota, & deuotis deuotius humiliatur, & mirum ab omnibus magnificatur, cum à ſcribis & Phariſæis ei detrahatur. Præterea multi multa referunt de eadem, tamẽ omnibus per omnia non audemus fidem concedere, nec tibi referre. Sed ſicut nobis à fide dignis narratur, in Maria Ieſu humanæ naturæ, natura ſanctitatis angelicæ ſociatur. Et hæc talia excitauerunt uiſcera noſtra, & cogunt ualde deſiderare aſpectum huius (ſi fas ſit fari) cœleſtis prodigij, & ſacratiſſimi ſpectaculi. Tu autem diligenti mõ diſponas ſup deſiderio noſtro & ualeas. Amen.

EPISTOLA BEATI IGNATII ad eundem. II.

Ioanni ſancto ſeniori ſuus Ignatius.

SI licitum eſt mihi à te, ad Hieroſolymæ partes uolo aſcendere, et uidere fideles ſanctos q ibi ſunt, præcipue Mariam Ieſu, quam dicunt uniuerſis admirandam, & cunctis deſiderabilem. Quem enim nõ delectet uidere eam & alloqui, quæ uerum deum de ſe peperit, ſi noſtræ ſit fidei & religionis amicus? Similiter & illum uenerabilem Iacobum qui cognominatur Iuſtus, quem referunt Chriſto Ieſu ſimillimum facie & uita, & mõ conuerſationis, ac ſi eiuſdem uteri frater eſſet gemellus. Quem dicunt ſi uidero, uideo ipſum Ieſum.

ſecundum omnia corporis eius lineamenta. Præterea cæteros ſanctos & ſanctas. Heu quid moror? Cur detineor? Bone præceptor properare me iubeas & ualeas.

EPISTOLA IGNATII EPISCOPI ET Martyris, ad beatam Mariam uirginem, matrē domini noſtri Ieſu Chriſti.

Chriſtiferæ Mariæ ſuus Ignatius.

ME neophytum Ioanniſq; tui diſcipulum cōfortare & conſolari debueras. De Ieſu enim tuo percepi innumera dictu, & ſtupefactus ſum ex auditu, à te autem quæ ſemper ei fuiſti familiaris coniūcta, & ſecretorum eius conſcia, deſidero animo fieri certior de auditis. Scripſi tibi etiam aliâs & rogaui de eiſdem. Valeas, & Neophyti qui mecum ſunt ex te & per te & in te confortentur. Amen.

EPISTOLA BEATE MARIE VIRginis, ad Ignatium epiſcopum & martyrem.

Ignatio dilecto diſcipulo humil' ancilla Chriſti Ihū.

DE Ieſu quæ à Ioanne audiſti & didiciſti uera ſunt, Illa credas, illis inhæreas, & chriſtianitatis uotum firmiter teneas, & mores & uitam uoto confirmes. Veniam autem unâ cum Ioanne te & qui tecum ſunt uiſura: ſta, & in fide uiriliter age,

nec te cõmoueat perſecutionis auſteritas,ſed ualeat & exultet ſpiritus tuus in deo ſalutari tuo. Amen.

SEQVNTVR EPISTOLAE DVODE-cim beati Ignatij,quarum prima eſt ad Mariam Caſſóbolitam.

Ignatius,qui & Theophorus,miſericordiã conſequutus,& gratiam Dei patris altiſſimi & domini noſtri Ieſu Chriſti q pro nobis mortuus eſt,fideliſſimæ & deo dignæ chriſticolæ filiæ Mariæ plurimã in Deo Salutẽ.

OPtima quidem figuratio literæ,uelut pars chori ſenſus continens non ſolum his quibus impertit affectum,honorat accipientem,ſed & in ipſis qui ſuſcipiunt amplius auget deſideriũ . Et quomodo nauigãtib. in tempeſtate gratus eſt portus,ita & nobis literarum tuarum acceptabilis eſt modus. Quem tanquam tutiſſimum ſolatium à tua fideliſſima mente de longinquo ſuſcepimus, conſpicientes in eo illud quod eſt bonum. Omnium namq; bonorum largitor eſt deus. O ſapientiſſima mulierum,tuam animam puriſſimis fontibus aſſimilamus,illis uidelicet qui tranſeuntes etiam non ſitientes uiſione ſui attrahũt,et potũ haurire inuitãt. Ita enim tuæ prudentiæ pollicitatio conſtringit nos,iubens de illis ſanctis liquoribus,qui in anima tua redundãt,hauſtum ſumere. Ego autem potaui non in eis tantum nunc,quantum publicanorum contrarijs ſententijs exagitor. Quæ

quidem ſunt fugæ & carceres ac uincula. Sed nihil horũ recuſo. In iniuſtitijs autem eorum magis edoceor ut Ieſũ merear adipiſci. Lucror ego periculis mihi præparatis. Quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quæ autem per epiſtolam à te intimata ſunt, prompte adimpleui, de nullo eorum dubitans quos tu bene habere probaſti. Agnoui enim te iudicio dei teſtimonium memoratis uiris perhibuiſſe, & non gratia carnali. Non ualde autẽ aſſidua fuerũt ſpatia, in quibus tua ſcripta perlegerem, neq; adhuc in te negocium perceperam. Nec enim habui quomodo oculis percurrerem illam ineffabilem tuæ ſententiæ relationem, pro anima tua ego efficiar. Quia diligis dominum Ieſum filium dei uiui, propterea & ipſe tibi dicit. Ego eos qui me diligunt diligo, & qui quærunt me inueniunt pacem. Obuenit itaq; mihi dicere qa uerus eſt ſermo quẽ audiui de te cauſante Romæ apud beatum Papam Anacletum, cui ſucceſſit beatitudine dignus Clemens Petri & Pauli auditor. Et nunc adiecisti ſuper eum centupliciter, & adhuc adijcies teipſam.
Valde enim deſiderabam uenire ad uos, & conquieſcere uobiſcum, ſed nõ mihi fuit opportunum, præpediebat enim propoſitum meum non ſinens illo pergere militaris cuſtodia. Quia nullus talia perfecit uel paſſus eſt, qualia ego. Qua ꝑpter ſecũda conſolatio eſt inter amicos, ſcriptis ſe inuicem releuare. Saluto ſacratiſſimã ani

mam tuam rogans ſuperadijcere ad propoſitum tuum. Præſens enim labor paruus eſt, merces uero quæ ſperatur multa eſt. Fuge eos qui negant paſſionem Chriſti, & natiuitatem eius ſecundum carnem, Multi ſunt enim qui hanc ſanitatem infirmare conantur. Sed tu contra huiuſmodi conſueſce etiam alios monere. Quia in omni opere & uerbo bono perfecta es, potens & alios erudire in domino. Salutant te præſbyteri & diaconi, præ omnibus uero ſanctus Hieronimus. Salutant te Caſſianus hoſpes meus, & ſoror mea coniunx eius,, et dulciſſimi filij eorum. Incolumem & carnali, & ſpirituali ſalute dominus ſanctificet ſemper, & uideam te in domino conſecutam coronam.

DIVI IGNATII AD TRALLIANOS ex Smyrna Epiſtola.

Numero. II.

Trallis urbs eſt Aſiatica, in uertice quodam plano qui promontorium natura munitum habet ſita, Aſiaticarum urbium opulentiſſima. Vnde & dicuntur Tralliani.

Ignatius, qui & Theophorus, dilectæ à deo patre, & domnio Ieſu Chriſto eccleſiæ ſanctæ quæ eſt in Trallis, electæ & deo dignæ, pacificatæ in carne & ſpiritu Ieſu Chriſti ſpei noſtræ in paſſione per crucem & mortem,

atq; reſurrectionem, quam & ſaluto in plenitudine apoſtolicæ formæ, & opto plurimum in deo gaudere.

IMmaculatum animũ & ſine dolo in perſeuerantia cognoui uos habere, non in hæſitationem, ſed in fidei poſſeſſionem, prout ſignificauit mihi Polybius epiſcopus ueſter, qui peruenit uoluntate dei patris, Ieſu Chriſti filij eius, cooperatione ſpiritus Smyrnam, & ſic mihi congratulatus eſt uincto in Chriſto Ieſu: ut omnem plenitudinem in ipſo conſpicerem. Suſcipiens ergo eum ſecundum deum, ueſtram beniuolentiam per ipſum agnoui, inueniens uos imitatores eſſe Ieſu Chriſti ſaluatoris noſtri. Epiſcopo ſubiecti eſtote, ſicut domino. Ipſe enim uigilat pro animabus ueſtris, tanquam rationem redditurus deo. Propter quod uidemini mihi non ſecundum carnem uiuere, ſed ſecundum Ieſum Chriſtum, qui pro nobis mortuus eſt, ut credentes in mortem eius, per baptiſmum participes reſurrectionis eius efficiamur. Neceſſarium eſt enim uos nihil præter epiſcopũ facere, neq; aliquid agere. Sed & præſbyteris ſubditi eſtote ut apoſtolis Ieſu Chriſti ſpei noſtræ, in quo perſeuerantes in ipſo inueniamur. Oportet ergo & diaconis qui ſunt in miniſteriũ Ieſu Chriſti omni modo placere. Nõ enim in cibo et potu ſunt miniſtri, ſed miniſterij eccleſiæ dei. Oportet ergo præcepta eorum obſeruare, ſicut ignem ardentem. Ipſi uero ſint tales, uos aũt reuereamini eos

tanquam dominum Ieſum Chriſtum, quoniam cuſtodes ſunt loci eius, ſicut epiſcopus forma eſt patris omnium, præſbyteri uero ſicut conſeſſus dei & coniunctio apoſtolorum Christi. Sine ipſis enim eccleſia electa non eſt, neq; collectio ſanctorum, neq; congregatio ſancta. Confido enim & uos ſic conſiſtere. Exempla enim charitatis ueſtræ accepi & habeo penes meipſum in epiſcopo ueſtro, quoniam ipſius conſtitutio magna doctrina eſt. Nam & manſuetudo ei9 uirtus eſt, quam arbitror etiam illos qui ſine deo ſunt reuereri. Quia autem diligo uos, parco frequentius uobis ſcribere, ne uidear aliqb. contrarius aut tedioſus eſſe. Vinctus ſum enim pro Chriſto, ſed non dũ Chriſto dignus ſum, ſi autem cõſummaue ro, forſitan ero. Non ſicut apoſtolus præcipio, ſed metior meipſum ne in gloriatione mea peream, bonum eſt enim in domino gloriari. Et ſi ſaluatus fuero apud deum, plus me oportet timere, & non attendere ad eos qui magnificant me. Hi uero qui me laudant, potius flagellant. Eligo enim pati, ſed neſcio an dignus ſum. Zelus enim inimici, multis nõ uidetur, me autem impugnat. Debeo ergo eſſe manſuetus, ut diſſoluatur princeps ſæculi huius diabolus. Nunquid non poteram uobis ſecretiora ſcribere? ſed timeo ne paruulis uobis conſtitutis, læſionem imponam. Et ignoſcite mihi, quia non ualetis ferre Vinculorum onera, quemadmodum ego uinctus ſum. Et poſſum quidem intelligere cœleſtia, angelorum ſcili-

cet atq; archangelorum ordines, miltiarum diuerſitates, uirtutum & dominationum differentias, ſediũ atq; poteſtatum diſtantias, tronorum magnificentias, cherubim & ſeraphim excellentis ſpiritus ſublimitatem, domini regnum, & ſuper hæc omnia omnitenentis dei incomparabilitatem. Hæc igitur ego cognoſcens, non omnino perfectus ſum, aut diſcipulus eſſe poſſum qualis Paulus aut Petrus. Multum enim mihi reſtat, ne à deo derelinquar. Rogo autem uos nõ ego, ſed dilectio Ieſu Chriſti, ut idipſum dicatis omnes, & nõ ſint in uobis ſchiſmata. Sitis autem perfecti in eodem ſenſu & in eadẽ ſciẽtia: Sunt enim quidam uaniloqui & mentis ſeductores, non Chriſtiani ſed Chriſtum mercantes ſeductione, circunferentes nomen Chriſti, & cauponantes uerbum euangelij, & uenenum erroris cõmiſcentes dulci blandimento, ſicut puro melli uirus admiſcẽtes, ut qui biberit illius potus ſenſuales illecebras, dulcedine captus inobſeruanter morti addicatur. Monet autem quidam antiquorum, ut nemo bonus dicatur, qui malum bono admiſcuerit. Nominant enim Chriſtum, non ut Chriſtum prædicent, ſed ut Chriſtum ſpernant. Et legẽ proferunt non ut legem ſtatuant, ſed ut legi contraria adnuncient. Chriſtũ enim alienant à patre, legem uero Chriſti & natiuitatem ex uirgine abijciunt, crucem erubeſcentes, & paſſionẽ negãtes, & reſurrectioni non credẽtes, dominũ incognitum profitentur, Chriſtum ingenitum putant,

& neque quia eſt ſpiritus ſanctus confitentur. Quidã uero eorum filium hominem purum eſſe dicunt, alij aũt ipſum patrem eſſe dicunt, ipſum filium, ipſumq; ſpiritũ ſanctum. Et creaturam non opera dei eſſe per Chriſtũ dicunt, ſed alterius cuiuſdam extraneæ uirtutis. Cauete ergo à talibus, ne ſumatis laqueos animabus ueſtris, & uitam ueſtram inexplorabilem opponite omnibus hominibus, ne efficiamini muſcipula explorationis, & ſicut retia extenſa. Qui enim ſibi non parcit in operibus ſuis, frater eſt polluentis ſemetipſum. Si ergo & uos deponatis naturalem ſuperbiam, inflatilem & tumidam extollẽtiam, poſſibile erit uobis inſeparabiles eſſe à deo, prope eſt enim dominus timentibus eum. Et in quem (inquit) reſpiciã niſi in humilem & quietum & trementem uerba mea? Veneremini autẽ & epiſcopũ ueſtrum ſicut Chriſtum, ſecundum quòd uobis beati apoſtoli præceperũt. Qui enim inter altare eſt conſtitutus, mũdus eſt. Propter quod obedite epiſcopo ueſtro & præſbyteris. Qui enim extra altare conſtitutus eſt, extra epiſcopum eſt et præſbyteros et diaconos aliquid agens, qui talis fuerit pollutus eſt conſcientia, et eſt deterior infideli. Quid eſt enim epiſcopus, niſi omnem principatũ et poteſtatem omnium illorum tenens quemadmodũ decet hominem tenere, imitatorem dei factum ſecundum uirtutem? Quid eſt præſbyterium, niſi inſtitutio ſancta conſiliarij et conſeſſoris epiſcopi? Quid etiam diaconi,

niſi imitatores Chriſti miniſtrantes epiſcopo, ſicut Chri-ſtus patri, et operantes illi operationẽ mũdã et immacu-latam? quo modo ſanctus Stephanus beatiſſimo Iacobo, & Timotheus & Linus Paulo, & Anacletus & Cle-mẽs Petro. Qui igitur iſtis inobediẽs fuerit hic ſine deo omnino erit, & impi9 & contẽnẽs Chriſtũ, & ordina-tionẽ ipſius minoris. Ego uero hæc uobis mãdo, nõ q̃ ali-quos inter uos tales agnoueri (nec ꝑmittat de9 aliq̃d hu-iuſmodi aliquãdo in aures meas introire, qui filio ſuo nõ pepercit propter ſanctã eccleſiã) ſed præuidẽs ſeditiones iniq̃ præmonitiõe cõforto uos, ſicut filios meos chariſſi-mos et fideles i dño, præpotãs uos medicãine præmuniõte cõtra iminẽtẽ peſtilẽtiã, quã etiã uos tãq̃ morbũ fugite, beneplacẽtes in Chriſto dño noſtro. Vos ergo ſuccincti mãſuetudĩe imitatores eſtote paſſionũ Chriſti et dilectio-nis eius qua dilexit nos, dãs ſemetipsũ ꝓ nobis redemp-tionẽ, ut nos ſanguine ſuo mundaret ab antiqua impieta-te, & uitam nobis præſtaret incipientibus nobis iam pe-rire pro malitia quæ erat in nobis. Nemo ergo ueſtrũ aduerſus proximum aliquid habeat, dicente domino, Di-mittite et dimittetur uobis. Nolite occaſionẽ dare gẽ-tibus, ne propter aliquos paucos inſipientes, uerbũ domi-ni & doctrina blaſphemetur, ne in uobis cõpleatur qđ ꝓpheta ex ꝑſona dei ad huiuſmodi dicit, Quoniam per uos nomen meum blaſphematur in gentib. Obturate au-tem aures ueſtras, quando uobis quis ſine Ieſu Chriſto

filio dei loquitur, qui factus eſt per Mariam ex ſemine Dauid, qui uere natus ex deo & ex uirgine, quia hoc ipſum eſt, qđ & deus. Suſcepit enim uere corpus, uerbum (inquit) caro factũ eſt: & habitauit in nobis ſine peccato. Quis enim ex uobis arguet me de peccato? Manducauit enim uere & bibit, & crucifixus eſt & mortuꝰ ſub Pontio Pilato, ſed & ſecundum placitum uolũtatis ſuæ uere crucifixus eſt, & uere mortuus, uidentibus cœleſtibus, & terræſtribus & infernis. Cœleſtibus quidem tanquam incorporalibus creaturis, terræſtribus uero ut Iudæis & Romanis, & cæteris hominibus, qui tunc eodẽ tẽpore præſto erant, quãdo crucifixus eſt dominus. Infernis autem, ut multitudine eorum qui cum domino reſurrexerunt. Multa (inquit) ſanctorum corpora dormientium reſurrexerunt de monumentis patefactis. Deſcendit autem in infernum ſolus, aſcendit uero cum multitudine, & dirupit maceriã quæ erat à ſæculo, & medium parietem eius diſſoluit, & reſurrexit tertia die reſuſcitante eum patre, & poſt dies quibus conuerſatus eſt cum apoſtolis aſſumptus eſt ad patrem, & ſedet ad dexteram eius, expectans donec ponãtur omnes inimici eius ſcabellum pedum eius. Die ergo paraſceues tertia hora accepit ſententiam à Pilato permittente patre, ſexta uero crucifixus eſt, nona autem emiſit ſpiritum. Ante uero ſolis occaſum de cruce depoſitus eſt, & ſepultus in monumento nouo. Sabbato uero manſit ſub terra in ſepul-

cro,quo poſuit eum Ioſeph ab Arimathia. Dominica autem die,reſurrexit à mortuis,ſecundum quod dictum eſt ab eo,ſicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Continet autem dies paraſceue paſſionē eius, Sabbatum uero ſepulturam & requiem, Dominica autem reſurrectionem. Quidam autem tanquam ſine deo increduli et in fideles,dicūt eum putatiue tantū fuiſſe hominem,& non uerum corpus ſuſcepiſſe, atque putatiue paſſum & mortuum. Ego uero pro paſſiōe & morte domini mei uinctus ſum,et opto ad beſtias pugnare. Si enim putatiue & non uere paſſus eſt & mortuꝰ ergo ego gratis moriturus ſum mendacia de cruce domini confingens,ſed & propheta ſuperflue dixit. Videbunt in quem cōpunxerunt,& plangēt inter ſeipſos tāquam ſuper dilectum,& dolebunt dolore tanquam ſuꝑ primogenitum. Ergo infideles illi & increduli non minus ſunt quàm illi qui eum crucifixerunt. Ego ſic deuoui ſpem habere in eum,qui pro me uere mortuus eſt, qa alienum eſt ab eo mendacium. Vere etenim peperit Maria corpus,deo in eo habitāte,& uere natus eſt deus uerbum ex uirgine,corpus ſimile nobis paſſibile ſine peccato induens,uere conceptus eſt in utero,& factus eſt in utero,formans & faciens ſibi corpus ex uirgine,ſine ſemine ſcilicet & collocutione uiri,portatusq; in utero ſicut & nos tempore portati ſumus,& uere lactatus eſt & nutritus,ſicut & nos,& cibo & potu ſicuti & nos

uſus eſt, & triginta annos agens, baptiſatus eſt à Ioãne in ueritate & non in phantaſmate, & tribus annis prædicauit euangeliũ, & fecit ſigna & prodigia corã falſis Iudæis, & à Pilato præſide iudex iudicatus eſt, flagellatus eſt, colaphis cæſus eſt, cõſputus eſt, ſpineam coronã purpureamq; ueſtem portauit, condemnatusq;, crucifixus eſt uere, uoluntarie complacens, non imaginarie neq; fallaciter mortuus eſt, ſed uere, & ſepultus eſt & reſurrexit à mortuis, ſicut ipſe alicubi orans patrem dicebat. Tu autem domine reſuſcita me & reddam illis. Et pater qui ſemper eum exaudit reſpondens ait. Exurge deus, iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus, Qui ergo reſuſcitauit eum pater, ipſe etiã nos p eum reſuſcitaturus eſt, non ſine uera uita, hoc eſt non ſine ipſo qui ait. Ego ſum uita, qui credit in me, licet moriatur uiuit, Et omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternum. Fugite illas ſine deo hæreſes. Diaboli enim ſunt adinuentio, ſerpentis auctoris malorum, qui per mulierem ſeduxit Adam patrem generis noſtri. Fugite uero & malas ſoboles eius. Simonem dico primogenitum generis ipſius, & Menandrum, & Baſilidem & totam collectionem malignitatis ipſius, & illos hominis cultores Hebionitas, quos maledictos eſſe Hieremias propheta aſſeruit. Fugite quoque & illos immundiſſimos Nicolaitas amatores libidinis, malos calumniatores. Nam talis fuit apoſtolorum miniſter

Nicolaus. Fugite etiã ipſius nequiſſimos nepotes, Theodotum ſcilicet & Cleobolũ, qui generant fructum mortiferum, de quo ſi quis deguſtauerit ſtatim morietur, non morte temporali, ſed æterna. Hi autem omnes non ſunt plantatio dei patris ſed progenies maledicti. Omnis autem plantatio (inquit dñs) quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Quòd ſi fuiſſent rami patris, non utiq; eſſent inimici crucis Chriſti, ſed ſunt rami illorum, qui occiderunt dominum gloriæ, nũc autem crucem negantes & paſſionem erubeſcentes operantur Iudæorum iniquitates, illorum ſcilicet qui & deo rebelles extiterunt, & dominum occiderunt. Parum eſt enim eos dicere prophetarum eſſe interſectores. Vos ergo inuitat Chriſtus ad ſuam incorruptionem, per paſſionem ſuam & reſurrectionem, qui eſtis membra eius. Saluto uos ex Smyrna unâ cum conpræſentibus mihi eccleſijs dei, quæ et præſentes me id reqſierũt in omni carne & ſpũ. Poſtulant uos uincula mea, q̃ propter Ieſum Chriſtũ porto, rogans deum ut mereamini in cõſenſu & oratione in inuicẽ permanere. Decet .n. unũquẽq; ueſtrũ bene obſeq præſbyteris, epiſcopũ in honorẽ dei patris, & in honorem Ieſu Chriſti, atq; apoſtolorum uenerari. Deprecor uos ex affectu audire me, ut non ſit in teſtimonium qđ uobis ſcripſi, & orate ꝓ me indigente miſericordia dei ac ueſtra charitate, ut merear conſequi ſortẽ cui ſubiaceo, ne reprobus inueniar.

Salutat uos dilectio Smyrnæorum & Epheſiorum memores ueſtri, eccleſiaq; quæ eſt in Syria, unde non ſum dignus dici ultimus eorum qui ibi ſunt. Incolumes eſtote in Chriſto Ieſu, ſubiecti eſtote epiſcopo, ſimiliter et præſbyteris atq; diaconis, omnes inuicem corde inſeparabili. Caſtificet uos ſpiritus meus, non ſolum nunc, ſed & quando deum meruero adipiſci. Adhuc enim in periculo ſum, ſed fidelis eſt pater Ieſu Chriſti adimplere petitionem meã & ueſtram, in qua inueniamur immaculati, & acquiſiti in domino, Amen.

AD MAGNESIANOS EX SMIRna Epiſtola. III.

Magneſia æolica ciuitas eſt, quæ ad Mæandrũ dicitur. Nam ut inquit Strabo, ei proxima eſt, unde Magneſij & Magneſiani.

Ignatius qui & Theophorus, benedictæ eccleſiæ Magneſianæ.

GRatia dei patris in Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro, in quo ſaluto eccleſiam quæ eſt in Magneſia iuxta Meãdrum, & oro in deo patre et Ieſu Chriſto domino noſtro, in quo plurimum uos gaudere opto. Cognoſcens ueſtram ſecundum deum bene diſpoſitam dilectionem, exultans aſſumpſi in fide Ieſu Chriſti alloqui uos, dignos effectus ſancti atq; deſideratiſſimi nominis in his quæ geſto uinculis. Laudo eccleſias in quibus iubilare opto carne et ſpiritu Chriſti Ieſu, qui eſt ſaluator

omnium

omnium hominum, maxime fidelium, cuius ſanguine redempti eſtis, per quem cognouiſtis deum, immo cogniti eſtis ab eo, in quo ſuſtinentes ſæculi huius tentationem effugite. Fidelis eſt autem, qui nō pmittit tentari uos ſuper id quod poteſtis ſufferre. Cæterum ego merui uidere uos, per deo dignū epiſcopū ueſtrum Damā, & deo dignos præſbyteros ueſtros Baſſum ſcilicet et Apollonium & conuiuam meum Socionē quem ego nutriui, quoniam ſubditus eſt epiſcopo & præſbyteris in gratia dei & lege Ieſu Chriſti. Et uos oportet non contemnere ætatem epiſcopi, & ſecundum dei patris omnem uenerationem ei exhibere, & ſecundum q cognoui etiā ſanctos præſbyteros ei deferre, non propter iuuentutem (quæ in eo uidetur) arbitrantes contemnēdum, ſed in ſapientia dei ei obedire, quandoquidem non longi temporis ſunt ſapientes, neq; ſenes ſciunt prudentiam, ſed ſpiritus qui eſt in hominibus. Deniq; Daniel ſapientiſſimus duodecim annorum effectus, ſpiritu ſancto repletus eſt, & illos ſeniores canitiem uanam habentes, calumniatores & alienæ pulchritudinis appetitores eſſe manifeſtauit. Samuel etiam cum eſſet puſillus, nonagenarium Heli ſacerdotem per increpationem redarguit q filios ſuos honorificaret ſuper deum. Similiter & Hieremias audit à domino. Noli dicere quia iuuenis ſum ego. Salomon quoq; & Ioſias in iuuentute mirifici & ſapientes in operibus ſuis apparuerunt. Salomon quidem duode-

ciuſo anno ætatis ſuæ regnare incipiens arduam & inin terprætabilem mulierum pro paruulis quæſtionem, terribili iudicio diſſoluit. Ioſias uero octo annorum exiſtēs, aras & monumenta ſubuertere cœpit, lucos excidere, templa deijcere, quæ non deo ſed dæmonibus fuerant cō ſecrata. Nam et falſos ſacerdotes interfecit ut corruptores & ſeductores hominum, nō diuinitati ſed diabolo ſeruientes. Propter quod non eſt contemnenda iuuentus cū deo adiacuerit atq; adhæſerit, ſed illa ætas quæ ex ſententia nocet, etiam ſi inueterata fuerit dierum malorū. Iuuenis fuit etiam Chriſtophorus Timotheus, ſed audite quid ei ſcripſit magiſter. Nemo (inquit) iuuentutem tuam contemnat, ſed forma eſto fidelium in uerbo, in conuerſatione. Dignum eſt ergo & uos obedire epiſcopo ueſtro, & in nullo ei contradicere. Terribile eſt enim tali contradicere. Non enim iſtum uiſibilem quis ſpernit, ſed illum inuiſibilem in eo contemnit qui non poteſt à quoquā contemni. Hic enim non ab homine, ſed à deo habet promotionē, dicit enim deus Samueli de contēptoribus eius, Non te ſpreuerunt ſed me. Nam & Moyſes populo aduerſus ſe murmuranti ait, Non enim aduerſus nos murmuraſtis, ſed aduerſus dominum deum. Nemo enim inultus remanſit, qui ſe contra potiores extulit.

Deniq; in lege, Dathan & Abiron Moyſi reſiſtentes uiui ad inferos depoſiti ſunt. Sed & chore & qui conſpirauerunt cum eo aduerſus Aaron ducēti quinquagin

ta, igne conſumpti ſunt. Abſalon etiam parricida exiſtẽs diuino iudicio arbori appenſus eſt, ſed & cor eius (quod mala cogitauerat) ſagittis transfixũ eſt. Nam & Achab & Naman nihilominus propter ſimilem cauſam morte plexus eſt. Ozias quoq; leproſus factus eſt, qui contra ſacerdotes ſacerdotium auſus eſt arrogare. Saul etiam ſacrificare præſumens regali dignitate dehonoratus eſt, non expectans principem ſacerdotum Samuelem.

Oportet ergo & nos reuereri potiores, & dignum eſt non ſolum uocari nos chriſtianos, ſed etiam eſſe. Non enim dicere, ſed eſſe, facit beatum. Quidam autem epiſcopum quidem uocant, & præter ipſum omnia faciunt. Talibus igitur etiam ipſe Chriſtus dicit (qui & uerus et primus eſt epiſcopus, & ſolus natura põtifex) Quid me uocatis domine dñe, & non facitis ea quæ dico? Tales enim non bonæ ſcientiæ, ſed deriſores eſſe mihi uidẽtur. Quoniam uero negotia finem habent, & adiacet quidem uita ex obſeruatione, mors uero ex inobedientia, & neceſſe eſt ut unusquisq; in loco quẽ ſibi de præteritis elegerit, in futuro eſſe præcipiatur, fugiamus igitur mortem, & eligamus uitam. Duos enim characteres dico in hominibus inueniri, unum quidem ueræ monetæ ſignaculum, alterum uero adulterinæ. Pius enim homo & religioſus, uera moneta eſt, quæ à deo formata uel expreſſa eſt, impius uero & irreligioſus, falſa moneta eſt, noxia, adulterina, praua, quæ non à deo ſed à dia-

bolo facta eſt. Hæc autem aſſerens non duas naturas hominum eſſe dico, ſed unum eundemq; hominem, qui aliquando quidem dei, aliquando autem diaboli efficitur. Si quis igitur pius fuerit homo, dei eſt, ſi uero quis impius extiterit, diaboli eſt, non ex natura, ſed ex ſententia ſuctus. Infideles enim imaginem habent principis nequitiæ, fideles autem formam habent auctoris omnium dei patris, & Chriſti Ieſu filij eius. Propter quod ſi non elegerimus pro ueritate mori in paſſiōe ipſius, uita eius nō eſt in nobis. Et quoniam in præſcriptis perſonis multitudinem ueſtri contemplatus ſum, in fide & dilectione moneo ut unanimes in deo omnia facere feſtinetis, aſſidente epiſcopo in loco dei, & preſbyteris in loco conſiſtorij apoſtolorum, & diaconis dulciſſimis mihi, quibus creditum eſt miniſterium Ieſu Chriſti, qui ante ſæcula genitus eſt à patre deus uerbum, unigenitus filius, & in cōſumatione ſæculorū ipſe permanet. Regni eius non erit finis, inquit Daniel propheta. Omnes in concordia inuicem diligamus, & ſecundum carnem nemo conſideret propoſitum ſuum, ſed ſecundum Chriſtum Ieſum. Nihil ſit in uobis, quod uos poſſit ſeparare, ſed adunamini epiſcopo, ſubiecti per ipſum deo in Chriſto. Sicuti ergo dominus ſine patre nihil facit (nō enim poſſum inquit à me ipſo facere quicquam) ſic etiam & uos ſine epiſcopo, ſiue preſbyteri, ſeu diaconi ſiue laicus. Non ergo aliqđ rationabile uobis uideatur, extra ipſius ſententiam, Ta-

le enim iniquum eſt, & ideo odioſum. Omnes in idipsũ ad orationem ſimul conuenite, una depræcatio ſit communis, unus animus, una ſpes, dilectio immaculata in fide Ieſu Chriſti, qua nihil aliud melius eſt. Omnes adunati ad templum dei concurrite, ſicut ad unũ altare, ſicut ad unum Ieſum Chriſtum pontificem ingeniti dei patris. Nolite errare in aliena gloria, neq; intẽdatis fabulis, & genealogijs interminatis, & Iudaicis inflationibus. Vetera enim tranſierunt, & ecce facta ſunt omnia noua. Si enim nunc uſq; ſecundum legem Iudaicam & circuncißionem carnis uiuamus, negamus nos gratiam accepiſſe. Sancti etenim prophetæ ſecundum Ieſum Chriſtum uixerunt, ideoq; & perſecutionem paßi ſunt inſpirante gratia ad manifeſtationẽ incredulis, quia unus eſt deus omnipotens, qui manifeſtauit ſeipſum per Ieſum Chriſtum filium ſuum, qui eſt uerbum ipſius, non prolatiuum ſcilicet ſed ſubſtantiale, non locutio articulatæ uocis, ſed operatio deitatis, ſubſtãtia ſcilicet genita, in omnibus beneplacens ſuo genitori. Si ergo ex antiquis ſcripturis conuerſi ad uacuam ſpem uenerunt expectantes Chriſtũ (ſicut ipſe dñs docet dicẽs. Si crederetis Moyſi crederetis utiq; et mihi, de me enim ipſe ſcripſit. Nã et Abraham (inquit) pater ueſter exultauit ut uideret diem meum, & gauiſus eſt. Ante Abrahã enim, inquit, ego ſum) quomodo nos poterimus uiuere ſine ipſo, cui et prophetæ ſerui fuerunt, ſpiritu præuidentes eum, & tanquam

magiſtrum expectabant & ſperabant ut dominum & Saluatorem, dicentes, ipſe ueniet & ſaluabit nos. Non ergo ſabbatizemus iudaice ut ferijs gaudentes. Qui enim non operatur, non manducet. Et iterum, in ſudore uultus tui manducabis panem tuum, dicunt eloquia. Sed unusquiſq; ueſtrum ſabbatizet ſpiritaliter, meditationi legis congaudens, non corporis dimiſſione fabricationem dei admirans, uelut Iudæus, non omnia comedens & tepidum bibens, & menſurate ambulans: & ſaltationes atq; plauſum manuum nunc habens. Sed pro ſabbatizatione diem feſtum celebret omnis chriſtianus, dominicam reſurrectionem, regalem, eminentiſſimam omnium dierum, de qua propheta expectãs dicebat, in finem pro occtauo. In quo die & uita noſtra exorta eſt, & mortis in Chriſto facta uictoria, quam filij perditionis negant, inimici ſcilicet ſaluatoris, quorum deus uenter eſt, ꝙ terræna ſapiunt amatores uoluptatum & non dei, ſpeciem quidem pietatis præ ſe ferentes, uirtutem autem eius abnegantes Chriſtum mercantes, uerbum dei in tabernis prædicantes, & dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ uendentes, mulierum corruptores, aliena concupiſcentes, et pecuniarum amatores, à quibus eruamini, miſericordia faciente, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Non enim ſentimus utilitatem eius, niſi nos tentauerit. Secundum autem ꝙ agimus iam non erimus, niſi ipſe nos miſeratus fuerit, ſi enim iniquitates obſeruauerit, quis ſu-

ſtinebit? Efficiamur ergo digni cognomento qđ accepimus. Qui enim alio nomine præter iſtud uocatur hic non eſt dei, non enim ſuſcipit prophetiam dicentem de nobis, quoniam uocabitur nomine nouo, quo dominus uocauit eum, & erit populus ſanctus. Quod & completū eſt primo in Antiochia Syriæ, ubi acquiſierunt diſcipuli nomen Chriſtianum Paulo et Petro fundantibus eccleſiam. Abijcite ergo malum uetus fermentum, quod corrumpit et putrefacit, et percipite nouum gratiæ fermētum. Exultate in Chriſto, ut non alienus dominetur ueſtri. Ineptum eſt enim Ieſum Chriſtum lingua tantum proferre, & iudaiſmum in animo habere. Non enim Chriſtianitas in iudaiſmum credidit, ſed iudaiſmus in Chriſtianitatem. Omnes deniq; gentiles æqualitur crediderunt. Omnis lingua Chriſtum confeſſa ad dominum collecta eſt, & facti ſunt lapidei corde, filij amici Dei Abrahæ, & in ſemine eius benedicti ſunt omnes, qui in uitam æternam deputati ſunt in Chriſto. Hæc autem dilectiſſimi mihi taliter ſcribens, non agnoui aliquos ex uobis ſic haberi, ſed ſicut minimus ueſtrum uolo uos conſeruatos eſſe, ut non incidatis in hamos inanis gloriæ, ſed ut ad plenum inſtructi ſitis in Chriſto, qui ante ſecula genitus eſt à patre, poſtea autem factus eſt ex Maria uirgine ſine collocutione uiri, & nobiſcū conuerſatus ſancte & ſine querela, omnem infirmitatem omnemq; languorem curauit in populo, & ſigna atq; prodigia pro

beneficijs hominum fecit, & illis qui longe erant, & illis qui prope, in multitudine unum & ſolum uerum Deũ patrem ſuum annunciauit, & paſſionem pertulit, & ab interfectoribus ſuis Iudæis ſub Pontio Pilato præſide, & Herode rege, crucem ſuſtinuit, & mortuus eſt, atq; reſurrexit, & in cœlos aſcendit ad illum qui miſit eum, & ſedet ad dexteram eius, uenturuſq; eſt in conſummationem ſæculi in gloria paterna iudicare uiuos & mortuos, & reddere unicuiq; ſecũdum opera ſua. Hæc qui in pleno cognouerit & crediderit, beatus eſt, quomodo & uos amici Dei & amatores Chriſti eſtis in plenitudine ſpei ueſtræ, à qua nulli ueſtrum auerti ontingat. Acquiſiui uos in omnibus, ſi quidem dignus ero. Si enim uinctus ſum, ſed ad ſolutionem omnium ueſtrum, non ſum uinctus. Scio enim quia non inflamini, quia Ieſum habetis in uobis. Et magis cum laudauero uos, ſcio quia reueremini, ſicut ſcriptum eſt, Quonim iuſtus ſui accuſator eſt in primordio ſermonis. Et dic tu, inquit, primus peccata tua ut iuſtificeris. Et cum feceritis (inquit) omnia quæ mandata ſunt uobis, dicite ſerui inutiles ſumus. Quoniã in hominibus qui ſe exaltauerit delinqt ante Deum. Dicit enim Deus. Propitius factus ſum peccatori. Propter quod magni illi Abraham & Iob terram & cinerem ſemetipſos ante Deum nominauerunt. Et Dauid. Quis ſum ego (ait) coram te domine quoniam glorificaſti me uſq; nunc? Nam & Moyſes

ſupra omnes homines manſuetiſſimus dicit ad Deũ. Gracilis uoce & tardus lingua ſum ego. Humiles ergo eſtote & uosipſi ut exaltemini. Qui enim ſe humiliauerit, exaltabitur, & qui ſe exaltauerit humiliabitur. Studete ergo confirmari in dogmatibus domini & apoſtolorum, ut ex omnibus quæ facitis dirigamini in uiam rectã carne & ſpiritu, fide, & dilectione, cum honore digno epiſcopo ueſtro, & corona digno atq; ſpirituali Stephano præſbytero ueſtro, & ſecundum Deum diaconis. Subiecti eſtote epiſcopis & inuicem, quomodo Ieſus patri, ut laus ſit in uobis ſecundum Deum, uidentes uos repletos omnibus bonis. Compendioſe rogaui uos in dilectione Ieſu Chriſti, memẽtote mei in orationibus ueſtris, ut Deũ merear adipiſci, & eccleſiæ quæ eſt in Syria, cuius nõ ſum dignus uocari epiſcopus. Indigeo enim illa laudabili ueſtra oratione, ut dignus ſim illam quæ in Syria eſt eccleſiam per bonã operationẽ ueſtram paſcere in Chriſto. Salutant uos Epheſij de Smyrna, unde ſcribo uobis, præſciẽtes quomodo in gloria dei in omnibus refeciſtis me ſimul cũ Polycarpo. Et cæteræ eccleſiæ in honore Ieſu Chriſti ſalutãt uos. Incolumes eſtote, in unanimitate poſſidentes inſeparabilẽ ſpiritũ in Chriſto Ieſu per uoluntatẽ dei Amen.

AD TARSENSES EX PHILIPPIS EPiſtola. IIII.

Tarſus ciuitas metropolis Ciliciæ prouinciæ, Pauli

apoſtoli natalibus celeberrima, ab Arginis ut ſcribunt geographi condita, hinc Tarſenſes.

Ignatius, qui et Theophorus, ſalutē conſecutæ in Chriſto eccleſiæ, laude dignæ, & memoria dignæ, et delectione dignæ quæ eſt in Tarſo, miſericordia & pax à deo patre & dño Ieſu Chriſto.

SAuciatus ſum in omnibus à Syria Romā uſq; cum beſtijs depugnans, non ab irrationabilib. ſcilicet beſtijs uoratus, illæ enim uoluntate dei pepercerunt Danieli, ſed humanam figuram habentibus, quæ ſunt immanes beſtiæ. Obſident enim me nocte dieq;, ac deuorant. Sed nulli iniquorum iſtorū facio ſermonem, neq; habeo naturam meam tam honorabilem mihi ut plus eam quā dominum diligam, propter quod paratus ſum ad ignem ad beſtias ad gladios & crucem, tantum ut Chriſtum uideam ſaluatorem meum & deū, qui pro me mortuus eſt. Rogo ergo uos ego uinctus Chriſti qui per terram & mare exagitor, ſtate in fide confirmati, quoniam iuſtus ex fide uiuit. Eſtote inclinabiles et unanimes in fide, quoniam dominus habitare fecit unanimes in domo. Agnoui enim quoniam quidam ex miniſtris ſatanæ uoluerunt uos conturbare, quorum quidam dicunt quia Ieſus putatiue natus eſt, & putatiue Crucifixus. Quidam uero quia non eſt filius eius qui fecit mūdum. Alij autem quia ipſe eſt ille qui eſt ſuper omnia deus. Alij quoq; quia homo eſt purus. Quidam uero qa

caro eius non reſurrexit, & quia oportet terminabilem uitam haberi, atq; hanc eſſe finem bonorum quæ non multo poſt corrumpitur. Quibus quidem multorũ malorum agger cumulatus eſt. Sed uos non intendatis mẽdacijs eorum. Pauli enim eſtis ciues & diſcipuli, qui ab Hieroſolymis & in circuitu uſq; ad Illyricum cũcta repleuit euangelio, & ſtigmata Chriſti in corpore ſuo portauit. Cuius memores eſtote omnibus modis, & cognoſcite quia dominus Ieſus Chriſtus uere natus eſt de Maria, factus ex muliere, & uere crucifixus eſt. In qua cruce gloriatur Paulus dicens. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Et uere paſſus eſt & mortuus, & reſurrexit. Si enim paſſibilis (inqt) Chriſtus, & ſi primus ex mortuis reſurrexit, & q mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel. Quod autem uiuit, uiuit Deo. Inſuper quæ neceſſitas uinculorum? Chriſto non mortuo quæ neceſſitas tolerantiæ, aut quæ neceſſitas flagellorum? Quid quòd Petrus crucifixus eſt? Paulus & Iacobus gladijs obtruncati ſunt, Ioannes in Pathmon relegatus eſt. Sed & Stephanus à domini interfectoribus Iudæis lapidibus extinctus eſt. Sed nec in hoc quidẽ eſt uictoria, uere enim crucifixus eſt dominus ab impijs. Et quia iſte qui natus eſt ex muliere filius eſt dei, & qui crucifixus eſt primogenitus eſt omnis creaturæ, & deus uerbum, & ipſe fecit omnia iuſſione patris. Qđ Apoſtolus corroborat dicens, Vnus deus pater ex quo

omnia, & unus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Et iterum. Vnus enim deus, unus eſt mediator dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui eſt imago dei inuiſibilis, primogenitus uniuerſæ creaturæ, quoniã in ipſo creata ſunt omnia quæ ſunt in cœlo & in terra uiſibilia & inuiſibilia, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Et quia non eſt ipſe ille qui eſt ſuper omnia deus, ſed filius ipſius, qui & aſcendere ſe ad eum profitetur, dicens. Aſcendo ad patrem meum, & patrem ueſtrum, & ad deum meum & deum ueſtrum. Et quando ei fuerint omnia ſubiecta, tunc & ipſe ſubiectus erit illi qui ei ſubdidit omnia, ut ſit deus omnia in omnibus. Ergo alius eſt ille qui ſubiecit filio omnia, & qui eſt omnia in omnibus, & alius filius cui ſubiecta ſunt omnia, qui et poſt hæc omnia ſubiectus erit illi qui ei ſubdidit omnia, & non eſt homo purus ille per quem ei in quo facta ſunt omnia. Omnia enim inquit per ipſum facta ſunt. Et in libro ſapientiæ ipſe de ſe ipſo refert dicens. Cum faceret cœlum aderam illi, & iterum. Ego eram apud eum cũcta componens, & congaudebat mihi quotidie. Quomodo autem homo purus audiret, Sede ad dexterã meam? aut quomodo diceret, Ante quã Abrahã fieret ego ſum? uel illud quod ait, Gloria illa glorifica me, quam habui apud te priuſquàm mundus fieret? Quis autem homo poſſet dicere, deſcendi de cœlo non ut faciam uolũtatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me? Vel de quo

homine diceretur. Erat lumen uerũ quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In hoc mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eũ non cognouit. In propria uenit, & ſui eum non receperunt. Quomodo ergo huiuſmodi homo eſt purus, ex Maria demum habens initium ut eſſet, & non potius Deus uerbum & filius unigenitus, de quo dictum eſt, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil? Et paulo poſt. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti à patre plenum gratiæ et ueritate. Et iterum. Vnigenitus qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Qui et per Salomonem refert dicens, Creauit me dominus principium uiarum ſuarum, in opera ſua ante ſæcula fundauit me, ante autem omnes colles genuit me. Et reſuſcitaturus eſt corpora noſtra, dixit enim. Amẽ dico uobis, quoniam uenit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient uocem filij Dei, & qui audierint uiuent. Quod etiam apoſtolus confirmat dicẽs. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Et quia oportet caſte ac iuſte uiuere, iterum dicit. Nolite errare, neq; fornicarij, neq; molles, neq; maſculorum concubitores, neque maledici, neq; ebrioſi, neq; fures, neq; rapaces regnum dei poſſidebunt. Et ſi mortui non reſurgunt neq; Chriſtus reſurrexit; uacua eſt ergo prædicatio noſtra.

uacua eſt fides ueſtra, et adhuc eſtis in peccatis ueſtris. ergo & qui dormierunt in Chriſto perierunt. Si in hac uita tantum ſperantes ſumus in Chriſto, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Si mortui non reſurgunt, mãducemus & bibamus, craſtina enim moriemur. Si autẽ ſic confidimus, quæ eſt differentia hominum, & canum, uel aſinorum, qui nihil de futuro cogitant, qui comeſtionis tantummodo appetitores ſunt, & poſt comeſtionẽ inſcij ſunt quid interius moueatur? Acquiſiui uos in domino, elaborate unuſquiſq; omnem malitiam deponere, & ferocem animum, & maliloquia, & calumniam, & turpiloquium, malam conuerſationem, ſuſurrationẽ, inflationem malignam, auaritiam, inanem gloriam, inuidiam, & omnia quæ his ſimilia ſunt. Induite autem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et carnis curam ne feceritis in concupiſcentijs. Preſbyteri ſubditi eſtote epiſcopo, diaconi preſbyteris, populus diaconis. Pro animabus hanc ordinationem cuſtodientibus ego efficiar & dominus ſit cum eis indeficienter. Mando uobis ó uiri diligite coniuges ueſtras, filij honorate patres, & uos parentes nutrite filios in eruditione et diſciplina domini. Eas quæ in uirginitate ſunt honorate, ſicut ſacras Chriſti, uiduas pudicas ut ſacrarium Dei ueneremini. Doimni cum parcitate eſtote, ſerui cum timore dominis ſeruite. Nemo ocioſus in uobis ſit. Mater enim ægeſtatis eſt uacuitas. Hæc autem dicens non impero quantum oportet, & ſi

quidem uinctus ſum tanquam fratres commoneo. Et ſi dominus eſt uobiſcũ, acquiſiui uos. Orationibus ueſtris incumbite ut Ieſum merear adipiſci. Commendo uobis eccleſiam, quæ eſt in Antiochia. Salutant uos & electæ eccleſiæ Philippenſium, unde & ſcribo uobis. Salutat uos Philõ diaconus ueſter, cui & ego gratias ago bene mihi ſeruiẽti in omnibus. Salutat uos Agathopus diaconus de Syria, qui me ſequitur in Chriſto. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Saluto uniuerſos & uniuerſas qui ſunt in Chriſto. Incolumes eſtote corpore & animo & ſpiritu, et mei ne obliuiſcamini, et ſit De9 uobiſcũ Amẽ.

AD PHILIPPENSES DE BAPTISmo per Euphanium lectorem, nauim iam aſcẽſurus. Epiſtola. V.

Philippi ciuitas eſt in prima parte Macedoniæ, & hinc quoq; dicti Philippenſes.

Ignatius qui & Theophorus, ex imperio Dei patris miſericordiam conſecutæ in fide & patientia & dilectione ſine dolo eccleſiæ quæ eſt Philippis, miſericordia & pax à deo patre & domino Ieſu Chriſto, qui eſt ſaluator omnium hominum maximeq; fidelium.

MEmores charitatis ueſtræ & ſollicitudinis quæ eſt in Chriſto, quam oſtenditis in nobis, decens eſſe arbitrati ſumus ſcribere ad fraternam in domino unanimitatis ueſtræ dilectionem. Cõm

nitos uos faciens curſus noſtri, ut idipſum dicatis omnes unum ſentientes, in hoc ipſo fidei regulas præceptaq; feci, ſicut & Paulus erudiens uos dicit. Vnus eſt enim omnium Deus pater Chriſti, ex quo omnia, & unus dominus noſter Ieſus Chriſtus filius dei unigenitus, dominator uniuerſorum, per quem omnia. Vnus autem etiam ſpiritus ſanctus qui operabatur in Moyſe & prophetis & apoſtolis. Vnum quoq; eſt baptiſma, quod datur in morte Chriſti. Vna itaq; eccleſia etiã eſſe debet & una fides, quæ eſt in Chriſto, ſecundum dictum eiuſdem apoſtoli dicentis. Vnus Deus, una fides, & unũ baptiſma. Vnus deus & pater omnium, qui eſt ſuper oẽs, & per omnes, & in omnibus. Vnus eſt ergo deus pater, & nõ duo uel tres. Vnus ſcilicet qui eſt, & non eſt præter eũ ſolum uerus. Dominus enim (inquit) deus tuus, deus unus eſt, & iterum. Nonne unus dominus creauit nos, & unus pater eſt omnium noſtrum? Vnus quoq; & filius, Deus uerbum, unigenitus (inquit) qui eſt in ſinu patris. Et rurſum, unus dominus Ieſus Chriſtus, & alibi. Quod eſt nomen eius, aut quod eſt nomen filij eius. Scitote autẽ quia unus eſt etiam ſpiritus ſanctus paracletus. Sicut idem Paulus ait. Vnus ſpiritus, ſicut uocati eſtis in unam ſpem uocationis ueſtræ. Et iterum. Omnes inquit in uno ſpiritu parati ſumus. Manifeſte autem omnia dona gratiarum ipſe unus atq; idem ſpiritus operatur. Ergo neq; tres ſunt patres, neq; tres filij, ſed neque

tres

tres paracleti,ſed unus pater & unus filius, & unus paracletus. Propter quod & dominus mittens apoſtolos docere omnes gentes, præcepit eis baptizare eas in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Nō in unum quendam trinomiū, neq; in tres unius eiuſdemq; honoris, qa unus eſt tantum qui homo factus eſt, nō pater ſcilicet neque paracletus, ſed ſolus filius, non putatiue, neq; in phātaſmate, ſed certiſſima ueritate. Verbum enim caro factum eſt, & inhabitauit eam. Sapientia namq; ædificauit ſibi domum, & factus eſt ſicut homo Deus cum corpore, qđ ſuſcepit ex uirgine, non ex collocutione ſcilicet aut ſemine uiri. Virgo enim inquit in utero cōcipiet & pariet filium. Vere natus eſt, & uere creuit, uere manducauit, & bibit, uere crucifixus eſt, & mortuus, & reſurrexit. Qui hæc credit, ut uera eius continet natiuitas, beatus eſt, qui autem hæc nō credit, nihil refert ab eis qui eum crucifixerunt. Princeps enim huius mundi in hoc gaudet, quando quis crucem negauerit. Interitum enim ſibijpſi eſſe cognouit confeſſionē crucis. Hoc enim tropheum eſt contra eius uirtutem, quod uidens expaueſcit, & audiens timet. Nam & ante quàm facta eſſet crux feſtinabat facere hoc, & operari in filijs diffidentiæ, operatus eſt autē inuidia in Phariſæis, in Saducæis, in ſenioribus, in iuuenibus, & in ſacerdotibus. Cū autē properaret ut fieret, conturbabatur, & poſtea deſperationem immiſit proditori, & laqueum ei oſtendit, &

ſuſpendium eum docuit, & mulieri immiſit timorem in ſomno, ipſe conturbans & conpeſcere tentans patibulū crucis, Ipſe omnia euocans mouet in ſuam perniciem, non recognoſcens. In tantum enim mala erant non omnia. Malignus autem ſentiebat ſuam perditionem. Initium enim illi fuit ad damnationē crux Chriſti, principium mortis, initiū perditionis. Propter quod et in aliquibus quidem operatur negare crucem, paſſionem erubeſcere, qui ut funeſtum putant uocari de uirgine generationem, circuncidere ipſam naturam, & diffamare quaſi odioſam. Iudœorum auxiliator eſt ad negationem crucis, paganorū ad calumniam Mariæ, hæreticorū ad phātaſiam. Multiformis eſt enim malitiæ princeps, furans ſenſus, contrarius ſibimetipſi, & alia quidem ſuggerēs alia uero oſtentans. Sapiens eſt enim ad malē faciendū, quod bonum, eſt autem neſcit aliquando, ignorātia enim repletus eſt per inobedientiam. Quomodo enim non ſit talis qui non ſibi proponit ſuum ſermonem? Si enim homo purus eſt dominus ex anima & corpore, quid circūcidis natiuitatem cōmunem naturæ hominum? Quid tāquam paruam gloriam in homine factam paſſionem, ſimulationem uocas, & mortem immortalis gloriam exiſtimas? Si Deus eſt homo, quid unicum uocas dominum gloriæ illū uidelicet natura immutabilem? Quid ſine lege dicis legiſlatorem, qui nō humanam naturam habuit? Verbum caro factum eſt, uerbum homo, ſed non in homi

ne. Quomodo igitur magnus eſt ille qui in principio omnem ſenſibilem & intelligibilem naturam uoluntate patris præparauit, qui cum eſſet in carne, omnem infirmitatem atq; languorem curauit? Quomodo autem non eſt Deus ille qui mortuos reſuſcitauit, claudos ſanauit, leproſos mundauit, cæcos illuminauit, aquam in uinum conuertit, tuumque exercitum uerbo tantum fugauit? Quid ergo deijcis naturam uirginis, & membra turpia uocas? Hæc ergo præſeminas, & nudari iubes maſculos in facie fœminarum, fœminas uero in illicitum deſiderium maſculorum. Tunc omnia turpia uidentur, & pudicum teipſum facis, cum tu ſis fornicationis ſpiritus. Ignoras quia tunc fit aliquid turpe, quando illicite ppetratur? Cæterum nihil turpe eſt quod ſine peccato geritur, nihil prauum, ſed omnia bona ualde. Et tu non uidẽs peſſundas eam. Quomodo rurſum non tibi uidetur natus eſſe Chriſtus ex uirgine, ſed ille qui eſt ſuper omnia deus, ille ſcilicet omnia potens? Quis ergo eſt qui hunc miſit dicito, quis ue huic dominatur, uel cuius ſententiæ ſubiectus fuit, aut cuius legem adimpleuit? Tu qui nullius ſententiam uel poteſtatem habes, Chriſtum ſeparas à generatione, legiſlatorem ingenitum eſſe pronuncias, & cruci affixum illum qui eſt ſine principio. Cuius ergo permiſſu hoc factum eſt non eſt dicere. Non enim me latuit tuum antiquum conſilium, neq; ignoro quoniã curue & lubrice incedis, tu autem ignoras quis eſt qui ne

tus eſt, qui omnia ſcire te fingis. Multa enim te latent, uirginitas ſcilicet Mariæ, glorioſus partus, de cuius corpore Deus proceſſit, Stella orientis quæ apparuit munera ferentibus magis, archangeli ſalutatio ad uirginem facta, uirginis glorioſa conceptio, deſponſatæ puellæ prædicatio, & uirginis in utero infantis præuiſio, angelorũ hymno gloriæ ad gentium paſtores annunciatio. Herodis timor in extollentia regni, præceptio ad paruulorũ necem, in ægyptum trãſmigratio, atq; exinde reuerſio, cunabula infantilia, deſcriptio humana, lactis nutritio, nomen patris non ſeminantis, præſepe ubi poſitus eſt, eo quòd non fuerit locus, nulla humana præparatio, profectus ætatis, crementum corporis, humana loquela. Sed & quòd eſurijt, ſitiuit, iter ambulauit, laborauit, ſacrificiorum oblatio, circunciſio, baptiſma. Vox dei deſuper ad baptizatum, q̃d uel uñ fuerit teſtificatio ſpũs & dei uox, Ioãnis, prophetia ſignificantis paſſionem per agni appellationem, diuerſorum ſignorũ operatio, uariæ curationes, imperium domini quo mari imperauit, & uentos ſedauit, et ſpiritus iniquos fugauit. Teipsũ torquẽs, & manifeſtatione uirtutis ſuæ affligens, hæc omnia uidens non habes quid facias niſi tenebroſas uertigines.

Et q̃ uirgo peperit ignoras. Sed confundit te angelorũ laudatio, magorum adoratio, ſtellæ apparitio. Ignorãtiam igitur olim incurriſti per contumatiam, parua tibi uidentur cunabula, paſſiones, circunciſio, lactis nutri-

tio, indigna tibi deo eſſe hæc uidentur? Iterum ne uidiſti hominem quadraginta diebus & quadraginta noctibus inguſtato cibo humano, & angelos ei miniſtrantes, quos & tu timebas, uidens primo quaſi communem hominē baptizatum, & cauſam ignorans? Poſt ieiunium uero eſurienti inſidiabaris, & tentabas quaſi communem hominem, ignorans quis eſſet. Dicebas enim, ſi filius dei es, ignorantiæ id eſt, nam ſi uere cognoſceres, ſcires ſine dubio quia quæ impoſſibilia uidentur ad faciendum, & difficilia ad conuertendum, factori omnia poſſibilia ſunt. Et propter uentrē tentans eum, qui paſcit omnes eſca indigentes, audes tentare dominum gloriæ, oblitus per tuam malitiam quia non in pane ſolo uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit ex ore dei? Si ſcires quia filius Dei erat, cognoſceres utiq; quia in quadraginta diebus & quadraginta noctibus nullo egens, reddens corruptibile corpus etiam in continuatione hoc facere poterat. Sed idcirco eſuriit, ut oſtenderet quia uere ſuſcepit corpus paſſibile, ſimile hominibus. Propterea & primo oſtēdit quia Deus erat, & ſecundo quia & homo fuit. Tu ergo qui tanquam fulgur de ſublmi gloria cecidiſti, audes dicere domino, mitte te deorſum, cui ea quæ ſunt æſtimantur quaſi quæ non ſunt? & ad inanem gloriam prouocas eum qui non extollitur, & fingis te ſcripturas de eo legere dicens. Scriptum eſt enim quoniam angelis ſuis mandauit de te, nequando offendas ad lapidem pedem

tuum, & fingis te ſequentia ignorare, auferens ea quæ de te ac tuis miniſtris prophetauit dicens. Super aſpidē & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem? Si ergo conculcatio es pedum domini, quomodo tentas intentabilem, immemor legiſlatoris qui dixit. Non tētabis dominum deum tuum? Et audes impudentiſſime opera Dei aſſumere, & dicere quia tibi traditus eſt principatus eorum, & caſum tuum oſtendis contra dominum Deum tuum, & promittens te ei dare quæ ſunt ipſius, dicens, hæc omnia tibi dabo ſi cadens in terram adoraueris me. Quomodo non timuiſti talem uocem contra dominum emittere, tu qui omnium malignorum ſpirituum maligniſſimus es, & pro malitia uentre & pectore in terram repere iuſſus es, & per inanem gloriam inhonoratus es? Qui per auaritiam & arrogātiam ad impietatem deductus es? Tu incēſor, draco, apoſtata, ſerpens perplexus à Deo diſcedens, à Chriſto ſeparatus, à ſancto ſpiritu alienus, & à choro angelorū exulans. Iniuriator legis Dei, & legitimorum inimicus, qui ſuper protoplaſtos inſurrexiſti, & à mandato Dei auertiſti eos qui nihil te læſerūt, q aduerſus Abel Cain parricidam excitaſti, qui in Iob mala exercuiſti. Tu ergo huiuſmodi dicis domino, ſi cadens in terram adoraueris me? O audacia, ò puniende ſerue fugitiue, ſerue flagellande, exterminator bonorum, domino dominorum. perfecto deo omnium intelligibilium atq; ſenſibilium

dicis, ſi cadens adoraueris me? Dominus autem longanimus eſt, qui non in præſenti & illico interficit eũ qui per ignorantiam & audaciam talia dicit, ſed manſuete, reſpõdet dicens. Vade ſatana. Non dixit reuertere poſt me, non enim es reuerſurus aliquando, ſed uade inquit ſatana in ea quæ tibi elegiſti loca, uade in ea quibus prouocatus es à tua malitia. Ego autem ſcio quis ſum, & à quo miſſus ſum, & ſcio quem debeo adorare. Dominum enim (inquit) deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Scio eum & noui unum ſolum, cui non denego ſeruire, à quo tu apoſtata factus es. Non enim ſum Antitheus, hoc eſt contrarius Deo, ſed confiteor eius eminentiam, et non recuſo adorare eum quem noui natiuitatis meæ auctorem et dominum, atq; meæ perſeuerantiæ cuſtodem. Ego enim uiuo propter patrem. Hæc autẽ fratres per diſpoſitionem Dei coactus ſum mittere ad uos, monens uos ad gloriam Dei, non quaſi extraneus, ſed ſicut frater. Subiecti eſtote Epiſcopo, et preſbyteris, et diaconis. Diligite inuicem in domino, ſicut Dei ſimulacra. Videte ergo uiri, ut diligatis uxores ueſtras ut propria membra. Mulieres uero ſicut unitatis tactu uiros ueſtros amate. Qui caſtus eſt uel continens non extollatur, ne perdat mercedem ſuam. Dies feſtos nolite inhonorare, quadrageſimam uero nolite pro nihilo habere, imitationem enim continet Dei conuerſationis. Hebdomadam etiam paſſionis nolite deſpicere. Quarta ue-

ro & ſexta feria ieiunate, reliquias pauperibus porrigẽtes. Quicunq; dominicam aut ſabbatũ ieiunauerit præter unum ſabbatum Paſchæ, ipſe eſt Chriſti interfector. Orationes ueſtræ protendãtur ad eccleſiam Antiochiæ, Vnde & uinctus ducor Rhomam. Saluto ſanctũ Epiſcopum Polycarpum. Saluto ſanctum Epiſcopum Vitalem, & ſacroſanctum præſbyterum, & conſeruos meos diaconos, pro quorum animabus ego efficiar. Adhuc dico epiſcopo & preſbyteris in domino, quicunq; cum Iudæis Paſcha egerit, aut ſolennia dierum feſtorum eorum ſuſceperit, comparticipabit eis qui dominum & apoſtolos eius occiderunt. Salutant uos Philon & Agathopus diaconi. Saluto congregationem uirginum, legionem uiduarum, à quibus adiutus ſum. Saluto populum domini à minimo uſq; ad maximum. Tranſmiſi uobis hæc mea ſcripta per Euphanium lectorem, uirum Deo honorabilem & fideliſſimum, qui mihi occurrit in regionem iam nauim aſcenſuro. Mementote uinculorum meorum, ut conſummer in domino. Incolumes eſtote carne & anima & ſpiritu perfecta ſentientes, deuitantes operarios iniquitatis, & corruptores uerbi ueritatis, confortati in gratia domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

AD PHILADELPHIENSES EX Troia, Epiſtola VI.

Philadelphia Myſiæ urbs frequentibus terræ ſuccuſ-

ſionibus patens,frequentibusq; agitata terræ tremorib• idcirco maleſidos parietes habens,ut qui (quod & geo graphi tradunt)crebris concuſſionum iniurijs diſcutian tur rimiſq; pateant. Hinc Philadelphienſes.

Ignatius, qui & Theophorus,eccleſiæ Dei patris & domini noſtri Ieſu Chriſti,quæ eſt in Philadelphia, miſe ricordiam conſecutæ in dilectione & confirmatione, in concordia & exultatione Dei,in paſſione domini indi• uiſæ,et in reſurrectiõe eius, repletæ omni miſericordia, quam & ſaluto in ſanguine Ieſu Chriſti,quod eſt gaudi um ſempiternum & ſingulare, maxime ijs qui ſunt in unum,cum epiſcopo,cum preſbyteris,& diaconis pro• batis in uoluntate Dei patris,per dominum Ieſum Chri ſtum,qui ſecundum ſuam uoluntatem ſolidauit firmiter eccleſiam eius ſuper petram ædificio ſpirituali non ma• nufacto, quam flumina inundantia,& flantes uenti non ualuerunt ſubuertere, nec ualebunt aliquãdo ſpiritus ne quitiæ, ſed debilitãtur uirtute dñi noſtri Ieſu Chriſti.

VIdens autem epiſcopum ueſtrum,cognoui qa nõ à ſemetipſo,neq; ab hominibus promotus eſt in miniſterium ad communionem pertinens neq́; per inanẽ gloriam,ſed in dilectione Ieſu Chriſti, & dei patris,qui reſuſcitauit eum à mortuis,cuius expaueſco manſuetu• dinem,quomodo tacens amplius poteſt à loquente. Ap• tus eſt enim mandatis domini,& iuſtitia eius ſicut chor dæ citharæ,& eſt irreprehenſibilis non minus à Za•

charia ſacerdote,propter quod beatificat anima mea illius ſecundum deum diſpoſitionem,cognoſcens innocentem,& perfectam, et immobilẽ,& ſine ira circa omnes eius manſuetudinem tanquam dei uiui. Sicut ergo filij lucis fugite diuiſionem unitatis,& malam doctrinã hæreticorum,ex quibus exit coinquinatio in omnẽ terrã. Vbi ergo paſtor eſt,illuc ſicut oues congregemini,multi enim lupi pellibus ouium induti uoluntate mala captiuant decurrentes,ad deum,ſed in ueritate ueſtra non inueniunt locum. Abſtinete itaq; uos à uerbis malis, quæ Ieſus Chriſtus non ſeminauit,ſed hominum interfectrix beſtia,propter quod non ſunt plantatio patris,ſed ſeminarium nequiſſimi. Non ergo ſeparationem inueniens apud uos hæc ſcribo,ſed ut muniens uos ut filios dei. Quotquot ſunt Chriſti,ipſi ſunt epiſcopi. Qui autem declinant eum uel communionem eius,& ſociant ſe cum maledicis,ipſi cum illis ſimul abſcinduntur. Non enim ſunt agricolæ Chriſti,ſed inimici ſeminarium, à quibus eruamini ſemper precibus aſſidentis paſtoris ueſtri fidelisſimi & mitiſſimi. Rogo itaq; uos in domino, quicũq; pænitentes uenerint ad unitatem eccleſiæ, ſuſcipite eos cum omni manſuetudine,ut per utilitatem & bonam demonſtrationem,de luto & muſcipula diaboli eruti, & digni Ieſu Chriſto effecti,ſempiternam ſalutem percipiant in regno Chriſti. Nolite ergo errare fratres. Quicunq; enim ſeparatum à ueritate fuerit ſecutus,regnum

dei non hæreditabit. Et qui non diſceſſerit à falſiloquo prædicatore, in gehennã damnabitur. Vnde nec à iuſtis diſcedere, neq; iniuſtis appropinquare oportet. Quicũque enim in aliena ſententia ambulauerit, ipſe non eſt Chriſti nec paſſionis eius particeps, ſed eſt fraudator & corruptor uineæ Chriſti. Tali ne commiſceamini, ne ſimul cum eo pereatis, nec ſi pater ſit uel filius, aut frater aut domeſticus, Nõ enim (inquit) parcat oculus tuus ſuper eum. Qui ergo odio habent deum, oportet etiã uos eos odire, & ſuper inimicos eius tabeſcere, non quidem perſequi eos, aut percutere eos oportet ſecundum gẽtes quæ non nouerunt deum, ſed inimicos arbitrari, & ſeparari ab eis, & monere eos, & ad pœnitentiam prouocare, ſi forte audiant & acquieſcant. Amator enim hominum eſt deus noſter, & uult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, propter qđ & ſolem oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſup iuſtos & iniuſtos. Cuius utilitatis etiam nos dominus uoiens eſſe immitatores dicit, Eſtote perfecti ſicut & pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. Ego confido in uobis quoniam in domino nihil aliud ſapitis. Propterea fiducialiter ſcribo deo dignæ dilectioni ueſtræ, rogãs uos ut inſtetis uni fidei, uni prædicationi, una gratiarum actione utentes. Vna eſt enim caro domini Ieſu, & unus eius ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt, unus etiam panis pro omnibus confractus, & unus calix totius eccleſiæ, &

unus epiſcopus ſimul cum omnib. preſbyteris & diaconis conſeruis meis, quia et unus eſt ingenitus deus pater, & unus unigenitus filius deus uerbū & homo, & unus paracletus ſpiritus ueritatis, una etiam prædicatio, & fides una, & unum baptiſma, & una ecclesia, quā fundauerunt ſancti apoſtoli à finibus uſq; ad fines in ſanguine Chriſti proprijs ſudoribus & laboribus. Et uos ergo oportet ſicut populum ſacerdotalem & gentem ſanctam, in concordiam omnes in Chriſto conſummari. Mulieres uero ſubditæ eſtote uiris ueſtris in timore dei, uirgines Chriſto in incorruptione, non execrātes nuptias, ſed meliora diligentes, non in criminatione contagij, ſed propter legis meditationem. Filij ſubditi eſtote parentibus, & diligite eos tanquam cooperarios dei ad ueſtram generationem. Serui ſubditi eſtote dominis ueſtris in deo, ut Chriſti liberti efficiamini. Viri diligite uxores ueſtras ſicut conſeruas in domino ut proprium corpus, ſicut ſocias uitæ & coopcratrices ad filiorum procreationem. Virgines ſolum Chriſtum præ oculis habete & eius patrem, in animabus ueſtris illuminatæ à ſpiritu ſancto. Memor ſum ſanctitatis ueſtræ ſicut Heliæ, ſicut Ieſu Naue, ſicut Melchiſedech, ſicut Heliſæi, ſicut Hieremiæ, ſicut Ioannis Baptiſtæ, ſicut dilectiſſimi diſcipuli, ſicut Timothei, ſicut Titi, ſicut Euodij, ſicut Clementis, uel eorum qui in caſtitate de uita exierunt. Non detraho autem cæteris beatis qui nuptijs copulati fuerūt, quo

rum nunc memini. Opto enim deo dignus ad ueſtigia.co
rum in regno ipſius inueniri,ſicut Abrahã & Iſaac &
Iacob,ſicut Ioſeph & Eſaias & cæteri prophetæ,ſicut
Petrus & Paulus & reliqui apoſtoli,qui nuptijs fue-
runt ſociati,qui non libidinis cauſa,ſed poſteritatis ſub-
rogandæ gratia coniuges habuerunt. Patres nutrite fi-
lios ueſtros in eruditione & diſciplina domini,et docete
eos ſacras literas,et artes honeſtas ut nõ ocio gaudeant.
Bene enim(inquit)nutrit pater iuſtus,in filio autem ſa-
piente lætabitur cor eius. Dñi benigne in domeſticos
ueſtros intẽdite,ſicut ſanctus Iob docuit, Vna enim eſt
natura,et unum genus hominum. In Chriſto autem ne-
que ſeruus neq; liber. Principes ſubditi eſtote Cæſari,
milites principibus,diaconi preſbyteris ut ſacrorum ad-
miniſtratorib. preſbyteri uero et diaconi atq; omnis cle-
rus ſimul cum omni populo et militibus atq; principibus
ſed et Cæſare obediãt epiſcopo,epiſcopus uero Chriſto,
ſicut patri Chriſtus,& ita unitas per omnia ſeruatur.
Sint aũt uiduæ nõ uagæ neq; guloſæ neq; proteruæ,ſed
pudicæ & ſobriæ ſicut Iudith & Anna. Hæc autem nõ
ſicut apoſtolus præcipio,quis enim ſum ego,aut & quæ
domus eſt patris mei,ut æqualem me illis dicam; ſed ſi-
cut commilito ueſter obedientiæ ordinem continens. Fra
tres mei ualde pronus ſum ad dilectionem ueſtram, ſup
exultans de unanimitate ueſtra. Moneo enim uos nõn
ego ſed dominus Ieſus p me,in quo uinctus ſum. Adhuc

magis timeo quia non dum perfectus ſum,ſed oratio ue ſtra faciet me perfectum apud deum,ut eum in quo uocatus ſum merear adipiſci,confugiens ad euangeliū tanquam ad corpus Ieſu Chriſti,ad apoſtolos tanquam ad præſbyteros eccleſiæ. Et prophetas quidem diligo,ut Chriſtum prænunciantes,continentes eius ſpiritum ſicuti & apoſtoli. Sicut enim pſeudo prophetæ & pſeudo apoſtoli unum eundemque malignum & ſeductorem, & populum errare facientem ſpiritum aſſumpſerūt,ſic iterum ueri prophetæ,& ueri apoſtoli unum eundemque ſanctum principalem bonum & uerum atq; doctorem per Chriſtum acceperunt ſpiritū. Vnus enim deus ueteris & noui teſtamenti,unus & mediator dei & hominum,ac facturam intelligibilium & ſenſibiliū & prouidentiam gerens omnium,unus quoq; & paracletus, qui operabatur in Moyſe & prophetis & apoſtolis.

Omnes enim ſancti cum chriſto ſaluati ſunt per ipſum, in ipſum ſperantes,atq; ipſum expectātes,& per ipſum ſalutem adepti ſunt qui erant digni dilectione & digni laude,ſanctificati à Chriſto Ieſu,teſtificantes in euangelio ſpei cōmuni. Si quis deum legis et prophetarum unū prædicauerit, Chriſtū autem negauerit filium eſſe dei, mendax eſt quomodo & pater eius diabolus,et eſt hmōi inferioris circūciſionis pſeudo Iudæus. Si autem quis cōfitetur Chriſtum Ieſum dominum,negat autem deum legis et prophetarum patrem eſſe Chriſti,hic in ueritate

non ſtat, quomodo nec pater eius diabolus, & eſt hmōi Simonis magi, et non ſancti ſpiritus diſcipulus. Si quis autem dicit unum deum, confiteturq; Ieſum Chriſtū, hominem uero purum putans dominum & non deum, unigenitum et ſapientiam et uerbum dei, ſed ex anima & corpore eum ſolum eſſe exiſtimans, huiuſmodi ſerpēs eſt ſeductor, errorem prædicans ad perditionem hominum, huiuſmodi pauper eſt ſenſu, ſicuti uocatur et adinuentor ipſius erroris Hebion. Si quis enim hæc confitetur, courruptionem autem et coinquinationem uocat legitimam cōmixtionē et filiorum procreationem, aut aliquā eſcam execrabilem putat, huiuſmodi habet cohabitatorē Draconem apoſtatam. Si quis enim patrem et filium et ſpiritum ſanctum confitetur, et creaturam laudat, ſimulationem uero dicit incarnationem, et paſſionem erubeſcit confiteri, huiuſmodi fidem abnegat nihilo minus quàm interfectores Chriſti Iudæi. Si quis autem hæc cōfeſſus fuerit, et quia deus uerbū in humano corpore habitauit ſicut & anima in corpore, propter quod inhabitare dicimus deum in corpore, ſed nō in humana anima, dicit autē quaſdam iniquas mixtiones aliquid boni eſſe, & finem beatitudinis uoluptatem ponit (qualis ille falſo nomine Nicolaita) hic neq; dei amicus neque Chriſti amator eſſe poteſt, ſed corruptor propriæ carnis, et propterea à ſpiritu ſancto deſertus eſt et à Chriſto alienus. Hmōi omnes ſtatuæ exanimes ſunt, et ſepulchra murtua

rum in quibus ſcripta ſunt tantum nomina deſunctorũ. Fugite ergo malas artes, inſidias ſpiritus qui operatur in filijs ſæculi huius, nequãdo tribulati infirmemini in dilectione, ſed omnes idipſum eſtote inſeparabiles corde, et in unanimitate unum ſemper ſentientes in idipſum. de hoc ipſo glorificantes in requie, et in periculis, et in triſtitijs, et in gaudijs. Gratias ago deo per Ieſum Chriſtum, quia bene mihi conſcius ſum in uobis, et nõ habet quis unde gloriari neq; clam neq; palam et publice, quòd grauauerim aliquẽ aut in modico aut in magno. Et omnes quibus locutus ſum precor ut non in teſtimoniũ illud poſſideant. Si enim ſecundum carnem me uoluerunt quidam oberrare, ſed ſpiritus meus non oberrat, à deo etenim cum accepi, noui enim unde uenerit, et quo eat, et occulta arguet. Clamaui enim uoce magna inter eos quib. loquebar, non meum ſermonem, ſed dei proferens, epiſcopo intendẽte, et preſbyteris et diaconis. Hi uero deſpoxerunt me tanquam prohibentem diuiſionem quorundã fieri. Hoc autem dicenti teſtis ille eſt propter quem ego uinctus ſum, quia de humano ore hæc non cognoui, ſed ſpiritus mihi præconizauit dicens. Hæc preter epiſcopum ne feceritis, unitatem diligite, diuiſionem fugite. Imitatores eſtote Pauli & cæterorum apoſtolorũ, quomodo et ipſi Chriſti. Ego quidem quod meum fuit, feci ut homo in unitate perfectus, adijciens etiam hoc, quia ubi diſſenſio mentis et iracundia et odium, illic deus non

habitat

habitat. Omnibus igitur pœnitentibus dimittit deus, ſi ad unitatem Chriſti concurrunt, & ad conſenſum epiſcopi. Credo gratiæ Ieſu Chriſti, quia ſoluit à nobis omne uinculum iniuſticiæ. Rogo autem uos ut nihil ſecundum iracundiam agatis, ſed ſecundum Chriſti militiam. Audiui enim quoſdam dicentes, ſi non inuenero euangelium in antiquis, non credam. Talibus autem ego dico, quia mihi antiquitas Ieſus Chriſtus eſt, cui non obedire, manifeſtus & irremiſſibilis interitus eſt. Principatus enim eius eſt crux & mors ipſius & reſurrectio & fides, in omnibus ijs, in quibus uolo uos & nos in orationibus ueſtris iuſtificari. Qui non credit euangelio, omnibus ſimul non credit, qui non præiudicat antiquitati ſpiritus. Durum eſt enim cõtra ſtimulum calcitrare, durũ etiam Chriſto non credere, durum quoq; apoſtolorum prædicationem ſpernere. Boni enim ſunt ſacerdotes & ſermonis miniſtri, melior autem eſt pontifex, cui credita ſunt sãcta ſanctorum, cui ſoli commiſſa ſunt ſecreta dei. Bona ſunt etiam officia uirtutis dei, bonus quoq; ſpiritus ſanctus, qui eſt ſup omnia ſancta ſanctiſſimus, et uerbi miniſter, ſed ſuper oẽs ſanctos ſanctiſſimus eſt ſummus pontifex & princeps pontificum, qui eſt legatus et miniſter patris, & princeps legionum militiæ cœleſtis, per quem pater omnia fecit, atq; omnem prouidentiam gerit. Ipſe enim eſt uia quæ ducit ad patrem, ipſe eſt petra, maceria, clauis, paſtor, ſacerdotium, ianua ſcientiæ

& agnitionis, per quam introiuit Abraham, & Iſaac & Iacob Moyſes quoq; atq; omnis chorus prophetarum, & columnæ mundi apoſtoli, & ſpõſa domini eccleſia pro qua ſanguinem ſuum fudit ut eam redimeret. Omnia igitur hæc in unitate unius et unigeniti ueri dei. Quid autem præcipuum habet euangelium? præſentiã aduentus ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, paſſionem, ſed et ipſam reſurrectionem. Quæ enim prophetæ annunciauerunt dicentes, donec ueniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium, Hæc in euangelio completa ſunt, dicente domino, Pergite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Omnia ergo bona ſunt ſimul, lex, prophetæ, & apoſtoli, omnis congregatio quæ per ipſos credidit. Solum autem reſtat ut nos inuicem diligamus, quoniam ſecundum orationem ueſtrã & uiſcera quæ habetis in domino Ieſu, annunciatum eſt mihi pacificare eccleſiam, quæ eſt in Antiochia Syriæ. Decet enim uos tanquam eccleſiam dei ordinare epiſcopum ad mittendum illuc uiſitationem dei, concedere eis in idipſum conſtitutis glorificare nomen dei. Beatus eſt in Chriſto Ieſu, qui dignus effectus fuerit tali miniſterio. Et uos quidem feſtinãtes glorificamini in Chriſto. Volunt autem uobis quod non eſt omnib. impoſſibile pro nomine dei, quomodo & ſemper uicinæ eccleſiæ conſueuerunt mittere uobis epiſcopos, preſbyteros, & diaconos. De Philone uero diaco

no uiro religioſo à Cilicia qui nũc mihi miniſtrat in uerbo domini, unâ cum Gaio et Agathopo uiro multum electo, qui à Syria me ſequitur, teſtificor uobis, quia renũciauerunt ſæculo, & martyrium conſummare elegerũt. Et ego gratias ago pro uobis rogans, ut ſuſcipiatis eos in domino, ut & uos ſuſcipiat Ieſus Chriſtus. Qui enim eos diffamauerunt redempti ſunt in gratia Ieſu Chriſti, qui non uult mortem peccatoris, ſed pœnitentiam. Salutat uos dilectio fratrum qui ſunt in Troia, unde & ſcribo uobis per Burgum, qui miſſus eſt ſimul ab Epheſijs & Smyrnæis ad uerbum honoris, quos Ieſus Chriſtus redimat, in quem ſperant, carne & anima, ſpiritu & fide, dilectione & concordia. Incolumes eſtote in domino Ieſu Chriſto cum omni ſpe noſtra in ſpiritu ſancto. Amen.

AD SMYRNENSES EX TROIA Epiſtola VII.

Smyrna (ut ſcribit Hieronymus) ciuitas eſt Lyciæ prouincie in Aſia, eamq; iuxta Epheſum inter Tracheam & Lepramactam ponit Strabo, unde Smyrnæi. Troia inter Propontidos fluenta & montem Idam ſita memoratur monti uicinius adiacens, Aſiaticarum urbium uatum poetarumq; monumentis famatiſſima.

Ignatius, qui & Theophorus, eccleſiæ patris altiſſimi & dilectiſſimi filij eius Ieſu Chriſti miſericordiã cõſecutæ, & gratia repletæ, in fide et dilectione fundatæ,

& totius gratiæ deo decentiſſime ſanctiſſimeq; ſanctificatæ, quæ eſt in Smyrna, immaculatæ ſpiritu & uerbo dei, plurimam ſalutem.

GLorifico deum & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui per ſeipſum uos tantum illuminauit. Agnoui enim uos perfectos eſſe in fide immobili, tanq̃ clauis affixos cruci domini Ieſu Chriſti carne & ſpiritu, & confirmatos in charitate in ſanguine Chriſti, & uere ad plenum inſtructos in domino Ieſu Chriſto filio dei primogenito totius creaturæ, deo uerbo unigenito filio, q eſt ex genere Dauid ſecundum carnem ex Maria uirgine, baptizatus à Ioanne ut adimpleretur omnis iuſtitia, qui conuerſatus ſancte ſine peccato, ſub Pontio Pilato & Herode tetarcha uere clauis cõfixus eſt pro nobis in carne, à quo & nos redempti ſumus per diuinam & beatam eius paſſionem, ut tollat ſecum ſibi coniunctos in ſæcula per reſurrectionem ad ſanctos & fideles ſuos, ſiue ex Iudæis, ſiue ex gentibus in unũ corpus eccleſiæ ſuæ. Hæc enim omnia paſſus eſt pro nobis, & uere paſſus eſt, non putatiue, ſed uere ſicuti & reſurrexit. Sed non ut quidam infidelium erubeſcentes plaſmationem hominis & crucem & ipſam mortem dicunt, quaſi putatiue & non uere ſuſcepit corpus ex uirgine, & putatiue paſſus eſt, immemores illius qui dixit: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et iterum. Soluite templum hoc, & ego in triduo reſuſcitabo

illud. Et in alio loco. Cum exaltatus fuero à terra omnia trabam ad meipſum. Ergo uerbum habitauit in carne, ſapientia enim ædificauit ſibi domum. Verbum ergo templum ſui ipſius ab aduerſarijs diſſolutum reſuſcitauit tertia die, uerbum utiq; exaltata carne ſua ueluti illo æneo ſerpente in eremo, attraxit ad ſe omnes ad ſalutē æternam. Ego autem non ſolum natum eum & crucifixum in corpore factum ſcio, ſed etiā poſt reſurrectionem in carne eum noui, & credo eſſe. Nam cum ad eos qui cum Petro erant ueniſſet, ait illis. Palpate me & uidete, quia non ſum dæmonium incorporeum. Spiritus carnem & oſſa nō habet, ſicut me uidetis haber, & Thomæ dixit. Inijce digitum tuum in fixuram clauorū, & affer manum tuam & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Et ſtatim crediderunt quia ipſe erat Chriſtus. Propter quod et Thomas ait illi, deus meus & dominus meus. Propterea ergo mortem contempſerunt, parum ducentes eſſe iniurias & plagas & alia nonnulla propter ipſum ſuſtinere. Nam & poſtq̃ oſtēdit ſe eis quia uere & non putatiue reſurrexiſſet, manducauit cum eis & bibit. Et ſic uidētibus eis aſſumptus eſt cum carne ad eum qui miſerat illum, in qua & iterū uenturus eſt cum gloria & uirtute, ſecundum qđ dictū eſt ab angelis ad apoſtolos. Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à uobis in cœlum, ſic ueniet quemadmodum uidiſtis eum aſcendentem in cœlum. Si ergo ſine corpore dicunt cū

uenturum eſſe in conſummationem ſæculi, quomodo uiſuri ſunt eum illi qui compunxerunt in eum, cognoſcentes plangent inter ſe? Nam incorporalium, neq; ſpecies neq; figura, ſed neq; effigies quidem aliqua animalis formæ haberi poterit, in qua figuræ clauorum uel lanceæ foramen appareat propter ſimplicitatem naturæ. Hæc autem moneo uos chariſſimi, ſciens quia & uos ſic habetis, præcuſtodio autem uos à beſtijs hominũ figuras habẽtibus, quas non ſolum deuitare ſed etiam fugere oportet uos. Tantũ orate pro illis, ut forte pœniteãt. Si enim putatiue in corpore fuit dominus, et putatiue crucifixus eſt, ergo & ei putatiue ego uinctus ſum. Quare autem & meipſum tradidi ad mortem, ad ignem, ad gladiũ, ad beſtias? Sed non putatiue, ſed uere omnia ſuſtineo propter Chriſtum, ad compatiendum ei, ipſo me confortante, quia non eſt mihi tanta uirtus. Quem profecto quidam ignorantes negauerunt, & conſentiunt magis mẽdacio quàm ueritati, quibus nec perſuaſerunt prophetæ neq; lex Moyſi, ſed nec nunc uſq; euangelium, nec noſtræ ſpeciales paſſiones. Nã & de nobis hoc ipſum ſentiunt. Quid enim me iuuat ſi me quis laudauerit, dominum autem meum blaſphemauerit, ſi non eum confeſſus fuerit incarnatum eſſe deum? Hoc autem qui non dixerit, perfecte eum negat, ſicut mortuum baiulans. Nomina uero eorum infidelia non mihi eſt nunc uiſum ſcribere, ſed neq; contingat mihi ut mentionem eorum faciam

donec pœniteant. Nemo ſeipſum ſeducat. Si enim non crediderit Chriſtum Ieſum in carne fuiſſe cõuerſatum, & confeſſus fuerit crucem eius, & paſſionẽ & ſanguinem, quem effudit pro mundi ſalute, uitam æternam nõ cõſequetur, ſiue rex, ſiue ſacerdos, ſeu princeps, ſeu priuatus, ſeu dominus, ſiue ſeruus, ſeu uir, ſiue mulier, qui capit capiat, & qui audit audiat. Locus ergo et dignitas atq; diuitiæ neminem inflent, ignobilitas & paupertas nullum humiliet. Sed cum his omnibus, fides eius ſit in deum & in Chriſtum, & ſpes fruitionis futurorũ bonorum cum dilectione quæ eſt circa deum & circa proximum. Diliges enim dominum deum tuũ ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut teipſum. Sed et dominus dicit. Hæc eſt uita æterna ut cognoſcant te ſolũ uerum deum: & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, & illud Ioannis. Mandatum nouum do uobis ut diligatis inuicẽ, In his enim duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Dicite ergo eis qui taliter docent: quomodo legem ponunt, incognitum eſſe patrem Chriſti prædicantes? Quomodo etiam, cum infidelem inimicitiam inuicem habent, dilectionem autem futurorum negligunt, præſentia diſſimulant, quæ uētura ſunt, tanq̃ præſentia eſſe putant, & tanquam ſomnia & phantaſiam exiſtimãt, mãdata contemnunt, uiduam & orphanum deſpiciunt, uinctum derident, reſurrectionem negãt? Huiuſmodi omnes nepotes ſunt illius inueterati malorum ſpiritus qui &

Adam per mulierem mandatum tranſgredi perſuaſit, qui et Abel per Cain occidit, qui et Iob decipere conatus eſt, qui et Iehu filio Ioſedech reſiſtere tentauit, qui et apoſtolorum fidem ſubuertere uoluit, et Iudæorum multitudinem aduerſus dominum ſuſcitauit, qui et nūc operatur in filijs diffidentiæ, à quibus eruat nos dominus Ieſus Chriſtus, qui patrem deprecatus eſt ut non deficeret fides apoſtolorum, non q; non ſufficeret cuſtodire eam, ſed gaudens de patris eminentia, ipsū deprecatus eſt pro eis. Dignum eſt ergo à talibus abſtinere, et neq; proprium cum his, neq; commune colloquium habere, ſed intendere legi et prophetis, et euangelizantibus uobis ſalutare uerbum. Nefandas uero hæreſes et ſchiſmata facientes fugite, ſicut principatum malorum. Omnes epiſcopum ſequimini ſicut Chriſtus Ieſus patrem, presbyteros ſicut apoſtolos, diaconos autem ueneramini ſicut dei mādato miniſtrantes. Nemo præter epiſcopum aliq̄d agat eorum quæ ad eccleſiam pertinent, firma eucharistia reputetur quæ ab epiſcopo conceſſa fuerit, ubi epiſcopus præsēs fuerit illuc et plebs cōgregetur, ſicuti et ubi Chriſtus eſt omnis cæleſtis militia adeſt, tanquam principi militiæ uirtutis domini, & ipſe eſt diſpenſator totius intelligibilis naturæ. Propterea non licet ſine epiſcopo neque offerre neq; ſacrificium immolare neq; miſſas celebrare. Sed ſi ei uiſum fuerit ſecundum beneplacitū dei, tunc demum tutum & firmum erit. Ergo omnia quæ

De ſacrificio miſſ

cũq; agitis & facitis iam mutabilia ſunt, ut corrigamus nos in deo cum tempus habemus pœnitendi. Qđ enim incertum eſt, non habet confeſſionem. Ecce enim homo (inquit) & opera eius cum eo. Sicut ſcriptum eſt, Honora (inquit) fili deum & regem. Ego autem dico, honorate quidem deum ut auctorem omnium & dominũ, epiſcopum autem tanquàm principem ſacerdotum, imaginem dei ferentem, principatum quidem ſecundum deũ, ſacerdotium uero ſecundum Chriſtum, & poſt hũc honorare oportet etiam regẽ. Nemo enim potior eſt deo, neq; ſimilis ei, neq; epiſcopo honorabilior in eccleſia ſacerdotium deo gerenti pro mundi ſalute, neq; regi quis ſimilis eſt in exercitu, pacem & beniuolentiam omnibus principibus cogitanti. Qui enim honorat epiſcopum honorabitur à deo, & qui inhonorauerit eum, à Deo inhonorabitur. Si enim quis contra regem inſurgẽs dãnatione dignus eſt, quomodo ultionem euadere poterit qui præter epiſcopum aliquid egerit? Sacerdotiũ enim ſumma eſt omnium bonorum, quæ in hominib. conſiſtũt, quod ſi quis inhonorauerit, deum inhonorat & dominum Ieſum Chriſtum primogenitũ totius creaturæ, & ſolum natura principem ſacerdotem dei. Omnia bene uobis ordinate, quæ mundata ſunt in Chriſto. Layci diaconis ſubditi ſint, diaconi preſbyteris, preſbyteri epiſcopo, epiſcopus Chriſto, ſicut ipſe patri. Secundum quod nos me refeciſtis fratres, & uos dominus Ieſus Chriſtus.

Abſentem me & præſentem dilexiſtis, retribuat uobis deus propter quem tanta in uincto eius oſtendiſtis, & ſi quidē non ſum ſufficiens, ſed tamē deuotio ueſtra grā dis eſt. Si quis enim honorauerit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Manifeſte & qui honorat uinctum Chriſti Ieſu, mercedem martyrum accipiet. Philoni & Gaio & Agathopo, qui me ſequū tur in uerbo dei, qui ſunt miniſtri Chriſti, bene feciſtis ſu ſcipiendo eos ſicut miniſtros dei, qui & maximas gratias agunt domino pro uobis, quoniam refeciſtis eos omnibus modis. Nihil uobis reputabitur ad peccatū de ijs quæ eis impendiſtis. Det uobis dominus inuenire miſericordiam apud deum in illa die, pro animabus ueſtris ſpiritus meus & uincula mea ſint, quæ non ſpreuiſtis, & non erubuiſtis. Hæc eſt perfecta ſpes in Chriſto Ieſu.

Orationes ueſtræ appropinquauerūt ad Antiochenam eccleſiam, cui & pacifici eſtis. Vnde & uinctus omnes ſaluto, & non ſum dignus eſſe ultimus eorum. Sed ſecū dum dei uoluntatē dignus effectus ſum, nō ex mea prouidentia, ſed ex gratia dei. Quam opto perfectam mihi tribui, ut per ueſtras orationes deum merear adipiſci, ut opus ueſtrum perfectum ſit in cœlo & in terra. Decet ergo uos in honorem dei curam gerere deo dignæ eccleſiæ dei quæ eſt in Syria, & gratulari eis quia pacifici ſunt, & perceperunt ſuam magnificentiam, & reſtituta eſt in corpore eorum. Sed mihi uiſum eſt mittere il

luc cum epiſtola,ut glorificent tranquillitatem quæ eis ſecundo contigit, & quietem. Ego uero merui portum tutiſſimum orationibus ueſtris. Cum ſitis perfecti,perfecta cogitate,ſentite,ſapite,uolētibus enim uobis bene agere,etiam deus paratus eſt uobis præſtare. Salutat uos dilectio fratrum ueſtrorum quæ eſt in Troia,unde & ſcribo uobis per Burgum,quem miſiſtis mecum unà cum Epheſijs fratribus ueſtris,qui me refecit in omnibus, & debuerant quidem omnes imitari,quia exemplū eſt miniſterij dei, retribuet ei dominus gratiam in omnibus. Saluto deo dignum epiſcopum ueſtrum Polycarpū, & deo decentiſſimum præſbyterum,& Chriſtophorus diaconus meus,& conſeruus,& ſpecialiter et generaliter omnes in nomine domini Ieſu Chriſti,& in ſanguine ipſius,& in paſſione,& in reſurrectione carnali & ſpirituali,in unitate Dei & ueſtra. Gratia uobis,& miſericordia,& pax,& patientia in omnibus in Chriſto. Saluto domos fratrum meorum cum uxoribus & filijs, ſed & uirgines & uiduas. Incolumes eſtote in uirtute Dei patris. Salutat uos Philon condiaconus qui eſt mecum. Saluto domum Graniæ,quam opto firmari in fide & deuotione carnali et ſpirituali. Saluto Alcem deſiderabile nomen mihi,& Daphnium ſpiritalem & bonum filium. Et omnes nominatim incolumes eſtote in gratia Dei et domini noſtri Ieſu Chriſti,repleti ſpiritu ſancto & ſapientia ſancta atq; diuina. Amen.

AD POLICARPVM EPISCOPVM Smyrnenſium de illuminatis, Epiſtola. VIII.

Ignatius Epiſcopus Anthiochiæ, qui & teſtis Ieſu Chriſti, Polycarpo Epiſcopo Smyrnenſium.

SVſcipiens autem tuam ſententiam tanq̃ ſup immobilem petram fundatam, quoniam deſidero promereri faciem tuam immaculatã, quã acquiſiui in domino, rogo te in gratia Dei qua inductus es, adijcere ad curſum tuũ, et rogare omnes ut ſaluentur in Chriſto. Defende locum tuum in omni diligentia. Vnitatis curam habeto, qua nihil melius eſt. Oẽs baiula, quomodo & te Chriſtus. Omnes ſuffer in dilectione, orationibus indeſinenter uaca, ampliorem prudentiã q̃ habes poſtula. Vigila inobdormibilem ſpiritum poſſidẽs, Secundum adiutorium Dei loquere. Omnium infirmitates porta ut perfectus athleta, quomodo & dominus omnium. Ipſe enim (inquit) infirmitates noſtras portauit, et languores noſtros abſtulit. Vbi enim magnus fuerit labor, ibi etiam maius lucrum eſt. Si bonos diſcipulos amaueris, non eſt tibi gratia, magis autem peſtiferos ſubiuga in manſuetudinem. Non omne enim uulnus uno emplaſtro curatur, acredines atq; uehementias, embrocha compeſce. Aſtutus eſto ut ſerpens, & ſimplex ut columba. Propterea enim ex anima & corpore carnaliter & ſpiritaliter extas, ut omnia quæ tibi oſtenſa fue-

rint in facie corrigas. Quæ autē tibi inuiſibilia fuerint pete ut tibi manifeſtentur,ut tibi nihil reſtet,ſed totius gratiæ abundans ſis. Tempus depoſcit te tāquam guber natorem proſperum petere,& ſicut naui periclitanti, portum aptum ad ſalutem requirere. Sic et te Dei Ath letam præſta,ut ueſtem incorruptionis,& uitam æter- nam percipias,pro qua & tu confidis in omnibus. Pro anima tua ego efficiar,& uincula mea quæ dilexiſti. Qui ſe arbitrantur fide dignos eſſe & aliter docent,nō te circumueniant,ſed ſta firmus ſicut incus,quæ percuti tur. Magni enim athletæ eſt uapulare & uincere,maxi me autem pro Deo omnia oportet nos ſuſtinere, ut ipſe ſuſtineat nos in regno. Plurimum adde ad feſtinationē, continuanter curre, tempora cognoſce ,ut in ipſis ſem- per uincas,Hic eſt enim ſtadium,illic corona expectat Chriſtum filium Dei,intemporalem in tempore,inuiſi bilem natura,uiſibilem in carne,impalpabilem & inta- ctum,ut corporeum uero propter nos & contrectabilē, impaſſibilem ut Deum,paſſibilem uero propter nos ut hominem. Amen.

AD ANTIOCHENSES EX PHILIP- pis. EPiſtola. IX.

Antiochia ciuitas eſt Syriæ,prima Petri apoſtoli ſe- des,prima in qua Chriſtiani(qui baptiſma ſuſcepiſſent) à Chriſto nuncupari cœperunt,in qua Paulus & Bar- nabas ordinati ſunt, quæ & poſtea diui Ignatij modera

tionibus credita eſt, à qua Antiochenſes.

Ignatius, qui et Theophorus, eccleſiæ Anthiochenſi miſericordiam à Chriſto conſecutæ, habitanti in Syria (quæ prima Chriſti cognomen accepit) quæ eſt in Antiochia, in Deo patre et domino Ieſu Chriſto ſalutem.

LEuia mihi et inoneroſa fecit dominus uincula, cum didiciſſem pacificos uos eſſe, et in omni concordia carnali et ſpirituali uos tranſigere. Rogo igitur uos ego uinctus in domino, digne ambulare in ea uocatione qua uocati eſtis, cuſtodientes uos ab introeũtibus hæreſibus malignis ad ſeductionem & perditionem conſentientium eis, intendere aũt apoſtolorum doctrinæ et legi atq; prophetis credere, omni umq; Iudæorum aut Paganorum errorem abijcere, & neq; deorum multitudinem admittere, neq; Chriſtũ ad excuſationem unius dei negare, Moyſe fideli famulo dei ad populũ dicẽte, Dominus deus tuus deus unus eſt. Et unum atq; ſolum prædicans deum, confeſſus eſt ſtatim etiam dominum noſtrum dicens. Pluit dominus ſuper Sodomam & Gomorram ignem & ſulphur à domino de cœlo, Et iterum. Et dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et rurſum. Et fecit deus hominẽ, ad imaginem dei fecit illum. Et paulo poſt. Ad imaginem dei fecit hominem. Et q̃a naſciturus erat homo, ſic ait, Prophetam ſuſcitabit uobis dominus Deus ueſter ſicut me. Nã & prophetæ ex

perſona dei dixerūt. Ego deus primus et ego poſt hæc, & præter me non eſt Deus. Hoc autem de patre omnium dixerunt. De domino noſtro Ieſu Chriſto rurſum prophetæ proclamauerūt dicentes. Ecce puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius imperium eſt deſuper, & uocabitur (inquiunt) nomen eius magni conſilij angelus, ammirabilis conſilarius, Deus fortis, poteſtatē habens, princeps pacis. Nā & de incarnatione eius ex uirgine dicunt. Ecce uirgo concipiet in utero et pariet filium, et uocabitur nomen eius Emmanuel. Et de paſſione eius nihilominus adiecerūt dicētes. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſine uoce. Et iterum ipſe de ſe ipſo referens dicit, Ego autē ſicut agnus innocens ductus ſum ad immolandum. Nā euangeliſtæ unum ſolum teſtantes uerum deum eſſe patrem, etiam ea quæ ad dominum noſtrum Ieſum Chriſtū pertinent non pretermiſerunt, ſed potius exacte ſcripſerunt dicentes. In principio erat uerbum, & uerbū erat apud Deum, & Deus erat uerbum, hoc erat in principio apud Deum, & omnia per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factum eſt nihil. Sed & de incarnatione eius ſubiūxerunt dicentes. Et uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et iterum, Liber (inquiunt) generatiōis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abrahæ. Apoſtoli quoque Chriſti aſſerentes quia Deus unus eſt, adiecerunt dicentes, Vnus deus, unus & mediator dei & hominum. Et

de incarnatione eius ac paſſione eius non erubuerũt, ſed potius fiducialiter ſubiunxerunt dicentes. Homo Chri*ſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum pro ſæculi uita.* Omnis *ergo qui unum* Deum *annunciat, intercipit autem Chriſti diuinitatem, filius eſt diaboli & inimicus omnis iuſtiiciæ. Qui autem non confitetur Chriſtum filium eius eſſe qui fecit mundũ, ſed alterius cuiuſdam incogniti præter eum quem prædicat lex & prophetæ, hic organum eſt ipſius diaboli. Quicunq; autem incarnationem Chriſti recuſat, & crucem eius erubeſcit, propter quam ego uinctus ſum, hic eſt* Antichriſtus. *Quicunq; uero purũ hominem dicit eſſe Chriſtum, maledictus eſt ſecundum dictum prophetæ, non in* Deum *fidens ſed in hominẽ tantum.* Propterea *& infructuoſus eſt quemadmodum Tamariſcus quæ eſt in deſerto.* Hæc *ſcribo uobis cum ſim Chriſti nouella oliuæ, non ignorãs uos taliter ſapere, ſed præcuſtodio uos ſicut pater filios ſuos.* Videte *ergo malignos operarios, inimicos crucis Chriſti, quorũ finis interitus, quorum* Deus *uẽter eſt, quorum gloria in cõfuſiõe eorum, uidete canes rapidos, ſerpentes ſuper pectus repentes, dracones, ſquamoſos, et aſpides, baſiliſcos, ſcorpiones.* Hi *enim ſunt thoes, uulpes, & ſimiæ, humana imitãtes.* Pauli *&* Petri *ſancti eſtis diſcipuli, nolite perdere depoſitum qđ uobis commendauerunt.* Memento*te digne beatiſſimi* Enodij *paſtoris ueſtri, qui primus uobis ab apoſtolis antiſtes odrinatus eſt.* Non *confunda-*

mus patrem, ſed efficiamur certi filij, et non adulterini. Scitis qualiter conuerſatus ſum inter uos. Quæ ergo præſens dicebam uobis, hæc nunc & abſens ſcribo uobis. Si quis non diligit dominum Ieſum, ſit anathema. Imitatores mei eſtote, pro animabus ueſtris ego efficiar quando Chriſtum meruero adipiſci. Mementote uinculorum meorum. Preſbyteri paſcite gregem qui uobis cõmiſſus eſt, donec oſtendat deus eum qui futurus eſt in uobis rector. Ego autem nunc feſtino ut Chriſtum lucrifaciam. Diaconi agnoſcant cuius ſint dignitatis, & ſtudeãt eſſe inculpabiles ut ſint Chriſti imitatores. Populus ſubditus ſit preſbyteris & diaconis, uirgines agnoſcant cui ſe cõſecrauerunt, uiri diligant uxores, memores q a unã uni in principio creaturæ datæ ſunt in poſſeſſionem. Mulieres honorificent uiros ſuos ſicut carnem ſuam, & nõ audeant proprio nomine eos uocare. Sciant autem ſolos uiros ſuos compares eſſe, quibus & coniunctæ ſunt ſecundum ordinationem dei. Parentes erudite filios eruditione ſancta, filij honorate parentes ut bene ſit uobis & ſitis longæui ſuper terram. Domini nolite ſuperbe ſeruis uti, imitantes patientiſſimum Iob, dicentem, ſi prane iudicaui ſeruum aut ancillam meam, iudicer ego ab eis, quid enim faciam ſi interrogationem fecerit dominus de me? & cætera quæ ſequntur bene noſtis. Serui nolite ad iracundiam in aliquo prouocare dominos, ne forte aliqui male faciãt uobis, & uoſipſi uobis eritis rei.

Nemo ocioſus manducet, ne uagus & fornicarius efficiatur. Ebrietas, iracundia, inuidia, maliloquium, clamor, blaſphemia, non nominentur in uobis. Viduæ non in delitijs agant, ne per luxuriam abijciant uerbum. Cæſari ſubditi eſtote in ijs in quibus ſine periculo eſt ipſa ſubiectio. Principes nolite exaſperare, ne detis occaſiones aduerſum uos quærentibus eas. De maleficijs autem et ueneficijs uel homicidio ex abundanti eſt ſcribere uobiſcũ, quando hæc etiam in gentibus abominabile ſit agere. Hæc autem non ſicut Apoſtolus præcipio, ſed ſicut ueſter conſeruus commemorans uobis. Saluto ſanctũ preſbyterum ueſtrum. Saluto ſanctos diaconos, et deſiderabile mihi nomen eius, quem reſeruaui poſt me in Spiritu ſancto, cum Chriſtum meruero adipiſci, pro cuius anima ego efficiar. Saluto ſubdiaconos, lectores, cantores, oſtiarios, laborantes, exorciſtas, atq; confeſſores. Saluto cuſtodes ſanctarum portarum diaconiſſas quæ ſunt in Criſto. Saluto ſuſceptrices Chriſti uirgines, quas ego nutriui in domino Ieſu. Saluto pudiciſſimas uirgines. Saluto plebem domini à minimo uſq; ad maximum, & omnes ſorores meas in domino. Saluto Caſſianum hoſpitem meum, & coniugem eius, & amabiles natos eius. Salutat uos Polycarpus digne decentiſſimus epiſcopus, qui & curam ueſtri gerit, cui & commendaui uos in domino, & omnis eccleſia Smyrnẽſium memor eſt ueſtri in oratione apud Deum. Salutat uos Oneſimus Epheſiorum

paſtor. Salutat uos Damas Magneſiæ Epiſcopus. Salutat uos Polybius Trallianorum autiſtes. Salutant uos Philon & Agathopus diaconi, qui me ſequuntur. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Hæc autem à Philippis ſcribo uobis. Incolumes uos ille qui eſt ſolus ingenitus per illum q ante ſæcl'a natus eſt, ſpiritu et carne cuſtodiat, & uideam uos in Chriſti regno. Saluto eũ qui pro me futurus eſt princeps ueſter, quem & acquiſiui in Chriſto. Incolumes eſtote Deo & Chriſto illuminati ſpiritu ſancto. Amen.

AD HERONEM ECCLESIAE ANtiochenæ diaconum, quem ei dominus oſtẽdit ſeſſurum in ſede ipſius, ex Philippis. Epiſtola. X.

Ignatius qui & Theophorus, Deo honorabili, deſiderabili, pudco, chriſtifero, ſpiritifero in fide & dilectione Heroni diacono Chriſti miniſtro Dei, Gratia & miſericordia & pax ab omnipotente Deo & Chriſto Ieſu domino noſtro unigenito filio eius, q dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, ut redimeret nos de hoc præſenti ſæculo in ligno, et ſaluos faceret in regnum ſuũ cœleſte.

Rogo te in domino adijcere ad curſum tuum, defendere dignitatem tuam, cõcordiæ quæ eſt ad ſanctos curam gerere. Infirmiores ſuffer, ut adimpleas legem Chriſti. Ieiunijs & orationibus ua-

ea,ſed non ultra menſuram,ne te ipſum deijcias. Vino & carnibus non ex toto abſtineas,nõ enim ex toto ſunt abominabiles. Bona(inquit)terræ comedetis,& carnes & holera manducabitis. Sed & uinum lœtificat cor hominis,& oleum exhilarat,& panis confirmat. Sed & menſurate & ordinate,tanq̃ Deo concedente. Quis enim manducat aut quis bibit præter eum? Quoniam quicquid bonum eſt,eius eſt,& quicquid optimum, eſt ipſius. Lectioni intende,ut non ſolus ipſe ſcias leges,ſed etiam alijs eas expone,ut Dei athleta. Nemo militans Chriſto implicat ſe negotijs ſæcularibus,ut placeat ei cui ſe probauit. Sed nec ui athleta coronabitur,niſi legitime certauerit. Pro anima tua ego uinctus ſum. Omnis igitur qui dixerit præter illa quæ tradita ſunt,tametſi fide dignus ſit,tametſi ieiunet,tametſi uirginitatem ſeruet, tametſi ſigna faciat, tametſi prophetet, lupus tibi appareat in grege ouium corruptionem operans. Si q̃s crucem negauerit,& paſſionem erubuerit,ſit tibi tanq̃ aduerſarius,tametſi ſubſtãtiam ſuam pauperibus diſtribuat,tametſi montes transferat,tametſi corpus ſuũ combuſtioni tradat,ſit tibi execrabilis & abominabilis.

Si quis infalſauerit legem & prophetas,quos Chriſtus præſens adimpleuit,ſit tibi tanq̃ Antichriſtus. Si q̃s hominem tantum dixerit dominum,Iudæus eſt Chriſti interfector. Viduas honora,quæ uere uiduæ sũt. Pupillos tuere. Deus eſt enim pater pupillorum,& iudex uidua

rum. Sine epiſcopis nihil agas, ſacerdotes enim ſunt, tu uero miniſter ſacerdotum. Illi enim baptizant, ſacerdotium agunt, ordinant, manus imponunt, tu uero eis miniſtras, ſicut ſanctus Stephanus Iacobo, & cæteris præſbyteris in Hieroſolymis. Congregationem noli negligere, nominatim omnes require. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed forma eſto fideliũ in uerbo & conuerſatione. Domeſticos ne confundas, cõmunis eſt enim nobis & ipſis natura. Mulieres noli execrari, ipſæ enim pariunt & nutriũt. Diligi ergo oportet eas genarationis cauſa tantum in domino, quia ſine muliere uir omnino generare non poteſt. Honorare ergo oportet eas, ut cooperarias generationis, quia neq; uir ſine muliere, neque mulier ſine uiro aliquãdo originem ſortiri poterit, niſi in ſolis illis protoplaſtis, quia corpus Adæ ex quatuor elementis eſt factum, Eua uero de latere Adæ, glorioſum uero habitaculum domini de ſola uirgine. Execrabilis quidem uidetur legitima cõmmixtio, ſed deo cõdecens eſt ipſius generatio. Decebat enim opificem non ſecundum humanam conſuetudinem natiuitate uti, ſed glorioſe & noue, ut decebat naſci factorem. Superbiã fuge. Superbis enim Deus reſiſtit. Falſiloquium execrare, perdes enim omnes (inquit) qui loquntur mendaciũ. Inuidiã caue auctor enim eius eſt diabolus, & ſucceſſor ipſius Cain fratri inuidens, & de inuidia homicidiũ perpetrans. Sorores meas mone Deum diligere, & ſolis ui

ris ſuis ſufficere debere. Similiter fratres meos mone ſuis cõiugibus ſufficere debere. Virgines cuſtodi, tanq̃ Chriſti ſacramenta. Longanimis eſto, ut multus ſis prudentia. Pauperibus ſecundum quòd habueris, benefacere ne neglexeris. Eleemoſyna enim & fide purgantur peccata. Teipſum caſtum cuſtodi tanquam Dei habitaculum. Templum Chriſti conſtitutus, & organum ſpiritus ſancti exiſtens, ſcito quomodo te enutrierim. Et ſi minimus quidem ſum, æmulator meus eſto, & imitare conuerſationem meam. Non enim glorior in mundo, ſed in domino. Heronem filium meum moneo, ut qui gloriatur, in domino glorietur, cuius & memini filij deſiderabilis, cui cuſtos fiat ille ingenitus Deus & dominus Ieſus Chriſtus, non omnibus credere, neq; de omnibus præſumere, ne quis te ſubintret. Multi enim miniſtri ſunt Satanæ, & qui cito credit, leuis eſt corde. Memento Dei & nuuquã peccabis. Noli eſſe duplex animo in oratiõe tua, beatus eſt enim qui non dubitauerit. Credo ergo in patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, & in unigenitum filium eius, quia oſtendit mihi Heronem in ſede mea. Ergo adde ad curſum tuum, præcipio tibi coram Deo q̃ eſt ſuper omnia, & coram Chriſto præſente, & ſpiritu ſancto, & coram miniſtrantibus legionibus, cuſtodi depoſitum meum qđ ego & dominus Chriſtus commendauimus tibi. Et ne indignum te iudicaueris eorum, quæ oſtẽſa ſunt mihi de te à domino. Commendo ergo tibi eccle-

ſiam Antiochenſium. Commendaui uos Polycarpo in domino Ieſu Chriſto. Salutant te epiſcopi Oneſimus, uitus, Damas, Polybius, & omnes à Philippis, unde ſcripſi tibi. Saluta Deo decentes preſbyteros. Saluta ſanctos condiaconos tuos, quos ego enutriui in domino in carne & ſpiritu. Saluta populum domini à minimo uſq; ad maximum ſecundum omnia quæ tibi cõmẽdo, ſicut Moyſes Ieſu duci exercitus, & non tibi uideatur oneroſum qđ dictum eſt de te, & ſi tales non ſumus quales illi fuerũt, ſed tamẽ oramus ut tales ſimus, qa filij Abrahæ ſumus. Confortare ergo Hero potenter, & age uiriliter. Tu enim introduces, & educes ex hoc nunc populum domini, qui eſt in Antiochia & non erit ſynagoga domini ſicut oues non habentes paſtorem. Saluta Caſſianum hoſpitem meum, & illam pudiciſſimam eius coniugem, & dilectiſſimos filios eorum, quibus det Deus inuenire miſericordiam apud Deum in illa die miniſtrationis quæ eſt ad nos, quos & commendo tibi in Chriſto. Saluta eos qui ſunt in Laodicia fideles omnes ſecundum nomina in Chriſto. Eos qui ſunt in Tarſo noli negligere, ſed aſſidue eis intende confirmans eos in euangelio. Mariũ epiſcopum qui eſt in Neapoli ſecus Zarbo ſaluto in domino. Intende etiam pudiciſſimæ Mariæ filiæ meæ, quæ eſt abunde doctiſſima, & ei quæ in domo eius eccleſiæ, quæ facta eſt mihi pro anima mea exemplũ piĳſſimarum mulierum. Sanum te & in omnibus probabilem pater

Chriſti æuo longiore per ipſum unigenitum ſuum cuſto diat ad utilitatē eccleſiæ. Incolumis in domino ora pro me,ut conſummem. Amen.

AD EPHESIOS DE VNITATE EX Smyrna. Epiſtola. XI.

Epheſus ciuitas in Aſia ab Amazonibus olim cōdita, ſepulchro Ioannis euangeliſtæ dilectiſſimi apoſtoli celebris, à qua & Epheſij.

Ignatius,qui et Theophorus,benedictæ magnitudine repletæ dei patris,& prædeſtinatæ añ ſæcula,ut ſit ſemper in ſingulari gloria inconuertibilis et adunata,et electa in paſsione uera, in uoluntate Dei patris et domini noſtri Ieſu Chriſti ſaluatoris, eccleſiæ beatitudine dignæ quæ eſt Epheſi in Aſia, plurimam in Chriſto Ieſu et immaculato gaudio Salutem.

SVſcepi ueſtrum in domino multum deſiderabile nomen quod poſſidetis natura iuſta ſecūdum fidem et dilectionem in Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro,cum ſitis imitatores humanitatis Dei, ut uiuificati in ſanguine Chriſti regeneratiōis,charitatis geminum opus cōſummate,audientes me de Syria uinctum pro Chriſto ſpe communi confidentē oratiōibus ueſtris ut merear Romæ beſtijs dimicare,ut per martyriū poſſim diſcipulus eius eſſe q pro nobis ſe ipſum obtulit Deo hoſtiam et oblationem in odorem bonæ ſuauitatis. Quoniam ergo ſuſcepi multitudinem in nomine domini Chri

ſti in Oneſimo dilecto ſcriptore noſtro, ueſtro autē epi- ſcopo, obſecro eum ſecundum Ieſum Chriſtum diligere uos, & uos omnes in concordia eius in ipſo eſſe. Bene- dictus enim Deus qui uobis talibus talem epiſcopum do nauit habere in Chriſto. Pro conſeruo noſtro autē Bur ro ſecundum deum diacono ueſtro & in omnibus bene- dicto, deprecor permanere eum immaculatum in hono- re eccleſiæ, et beatiſſimi epiſcopi ueſtri. Crocus uero deo dignus, quem tanq̄ exemplar dilectionis ueſtræ ſuſcepi, in omnibus me refecit, & catenam meam non erubuit, ſimul cum Honeſiphoro & Burro & Euplo & Phrō tone, quibus refrigeret pater domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem uos omnes in dilectione habui. Acquiſiui uos in omnibus, ſiquidem dignus fuero. Dignū eſt enim om nibus modis uos glorificare Ieſum Chriſtum qui uos glo rificauit, ut in una perfectione perfecti ſitis in eodem ſen ſu & in eadem ſententia, ut idipſum dicatis omnes de eo ipſo, ut ſobiecti epiſcopo & preſbyteris ſecundum om- nia ſanctificati. Non præcipio uobis quaſi aliquis ſim. Et ſi quidem uinctus ſum pro nomine Ieſu Chriſti, tamē nec dum conſummaui. Nunc enim initium habeo erudi- tionis, & alloquor uos tanq̄ conſeruos. Me autem opor tebat à uobis commoneri fide, monitione, patientia, lon- ganimitate, quoniam dilectio non permittit me tacere de uobis, propterea præueni rogare uos ut concurratis di- ſpoſitioni Dei, quia & Ieſus Chriſtus omnia ſecundum

diſpoſitionem patris agit, ſicut & ipſe in quodam loco dicit. Ego quæ placita ſunt ei facio ſemper. Ergo & nos oportet ſecundum diſpoſitionē Dei uiuere in Chriſto, & æmulari ſecundum ꝙ Paulus ait. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Vnde & uos decet diſpoſitionem paſtorum ſequi, qui ſecundum deum uos paſcunt. Quod etiam ipſi facitis ſapienter à ſpiritu ſancto inſtructi. Illud ergo digne nominandum & Deo dignum præſbyterium ita coaptatum ſit epiſcopo, quomodo chordæ in cithara colligatæ. Ita & ipſi in concordia & conſona dilectione, cuius dux & cuſtos eſt Ieſus Chriſtus. Et qui ſunt ſigillatim omnes unus chorus fiant ut conſonantes facti in unitate, coniunctionem domini in ſimilitudinem morum recipientes, in unitate unū effecti conſenſu, deo patri & dilectiſſimo filio eius Ieſu Chriſto domino noſtro, ſecundum ꝙ ipſe patrem rogans dicit. Da illis pater ſancte ut ſicut ego & tu unū ſumus, ita & hi in nobis unum ſint. Vtile eſt enim uos ſine macula in unitate coniunctos Deo imitatores eſſe Chriſti, cuius & membra eſtis. Si ego in paruo tempore talem conſuetudinem habui circa epiſcopum ueſtrum, quæ non humana ſed ſpiritualis fuit, quanto magis uos beatifico qui pendetis ad eum quomodo eccleſia ad dominum Ieſum, & ipſe dominus ad deum patrem ſuum, ut in unitate omnia ſibi conſonantia ſint? Nemo oberret. Si quis nō fuerit intra altare, fraudabitur pane dei.

Si enim unius aut duorum oratio tantam habet uirtutem ut Chriſtus in eis conſiſtat, quanto magis ſacerdotis & ſancti populi ſupplicatio conſonanter aſcendens ad deū perſuadet præſtare eis omnes petitiones in Chriſto? Qui ergo à talibus ſeparatur, & non conuenerit in congregatione ſacrificiorum eccleſiam primogenitorū deſcriptorum in cœlo, lupus eſt in grege ouiū manſuetam demonſtrans figuram. Feſtinate ergo dilectiſſimi ſubditi eſſe epiſcopo & præſbyteris & diaconis. Qui enim iſtis ſubditus fuerit, Chriſto obedit, qui eis hoc conceſſit. Qui uero eis non conſenſerit, Ieſu Chriſto nō conſentit, Qui autē filio non conſenſerit, non uidebit uitam, ſed ira Dei manebit ſup eū. Huiuſmodi ergo temerarius & horribilis & ſuperbus, qui non eſt ſubditus potioribus. Superbis enim (inquit) Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et iterum. Superbi inique geſſerunt uſquequaq;. Dicit etiam dominus ſacerdotibus. Qui enim uos audit, me audit, & qui me audierit, audiet illum qui me miſit, & qui uos ſpernit, me ſpernit, & qui me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. Quando enim uidetis tacere epiſcopum, plus eum timete. Omnē itaq; quem mittit paterfamilias pro ſua diſpenſatione, ſic nos oportet ſuſcipere quēadmodum ipſum q mittit. Ergo epiſcopum manifeſte ſicut ipſum dominū oportet cōtemplari, domino aſſiſtentem, proſpectorem. n. uerum & acutum in operibus ſuis regibus oportet aßiſtere, et

non aſſiſtere hominibus infirmis. Ipſe enim Oneſimus laudat ueſtram diſpenſationem,quia oēs ſecundum deũ uiuitis,& quia nulla hæreſis inter uos habitat. Sed nec obeditis alicui,niſi Ieſu Chriſto uero paſtori et doctori, & eſtis quemadmodum Paulus uobis ſcripſit,unũ corpus et unus ſpiritus,quoniã in una ſpe fidei cõcluſi eſtis. Vnus enim dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & pater omnium,qui ſuper omnes, & per omnia,& in omnibus. Vos ergo eſtote tales,qui à tali eruditi eſtis,hoc eſt à Paulo Chriſtifero, et Timotheo. Quidam autem fallaces conſueuerunt dolo maligno nomen Chriſti circũportare,ſed aliquanta indigna Deo agentes,et contra doctrinam Chriſti ſapientes,ad interitum ſuum ſibimetipſis cõſemiunt,quos oportet uos tanq̃ beſtias declinare. Iuſtus(inquit) declinans euadet interitum,extraneus etenim atq; alienus erit ab impiorum ꝑditione. Sunt igitur canes muti,non ualentes latrare,rabidi occulte,quos obſeruare oportet,inſanabilem languorem habentes. Medicus autem noſter, eſt ſolus uerus Deus ingenitus, & inuiſibilis,dominus omnium,unigeniti pater & genitor. Habemus autem medicum etiam dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ante ſæcula filium unigenitum, & in principio uerbum, poſtea uero & hoimnem ex Maria uirigine. Verbum enim(inquii)caro factum eſt, incorporalis in corpore, impaßibilis in corpore paßibili,immortalis in corpore mortali,uita in

corruptione,ut de corruptione & morte liberet ani-
mas noſtras,et ſanet eas infuſas morbo impietatis,et ini
quis deſiderijs. Nullus ergo ueſtrum ſeducatur, quod
& de uobis confido, homines etenim eſtis. Quando ete
nim nihil in uobis fuerit quod uos potuerit coinquina-
re,et tormentum ſuperinducere, ſecundum Deum uiue
tis,et erit Chriſti ſubiectio ueſtra, et eccleſiæ Epheſio-
rum,quæ eſt auxiliatrix,et multum amabilis. Carna-
les enim ſpiritualia non poſſunt agere, neq; ſpirituales
carnalia,ſicut nec fides ea quæ ſunt infidelitatis, neq;
infidelitas ea quæ ſunt fidei. Vos ergo repleti ſpiritu
ſancto,nihil carnale,ſed omnia ſpiritualia agite. Vnuſ-
quiſq; ueſtrum perfectus ſit in Chriſto Ieſu qui eſt ſal-
uator omnium hominum,maxime fidelium. Agnoui
enim aliquos ex uobis à uia ueritatis diſcedentes ma-
lam doctrinam habere alieni et nequiſsimi ſpiritus.Qui
bus non tribuiſtis ſecus uiam ſeminare zizania,obturan
tes aures ad non ſuſcipiendum errorem qui ab ipſis eſt
prædicatus,ſcientes quia huiuſmodi ſpiritus eſt erro-
ris,non ea quæ ſunt Chriſti ſed ſua loquens , falſiloquus
etenim eſt. Sanctus autem ſpiritus non ſua propria
loquitur,ſed ea quæ ſunt Chriſti. Neq; Chriſtus ſua
nunciat. Sermo (inquit) quem audiſtis non eſt meus,
ſed eius qui me miſit. De ſpiritu ſancto dicit. Non
enim loquetur à ſe, ſed quæcunq; audierit à me. De ſe
autem patri. Ego te glorificaui ſuper terram,opus per-

ſecit quod dediſti mihi ut facerem, manifeſtaui nomen tuum hominibus. De ſpiritu ſancto ait. Ille me glorifica bit ſuper terram, quia de meo accipiet et annunciabit uobis. Ergo uterq; eorum ipſum glorificat, à quo et accepit quod faceret, et ipſum prædicat atq; eius uerba pronunciat. Erroris autem ſpiritus ſeipſum prædicat, ſua prophetia dicens, ſibi placens etenim eſt, et ſeipſum glorificat. Acerbus namq; eſt, plenus exiſtens falſiloquio, ſeductor, lubricus, ſuperbus, arrogans, uerboſus, diſſonus, immenſuratus, nigriformis, tumidus, de cuius operationibus liberauit nos IESVS Chriſtus, fundans nos ſuper petram tanquam lapides electos (qui apti ſunt ad ædificium dei patris, eleuati in altum à Chriſto qui pro nobis crucifixus eſt) confortatos ſpiritu ſancto, in fide introductos, in ſpe et dilectione eleuatos à terra in cœlum ambulantes immaculate. Beati enim (inquit) immaculati in uia, qui ambulant in lege Domini. Via enim ſine errore eſt Ieſus Chriſtus, ſicut ipſe ait. Ego ſum uia ueritas et uita. Deducit autem hæc uia ad patrem. Nemo enim (inquit) ueniet ad patrem, niſi per me. Beati ergo eſtis uos deiferi, Chriſtiferi, ſpiritiferi, ſanctiferi, templiferi, in omnibus ornati in mandatis IESV Chriſti, regnum ſacerdotale, gens ſancta, populus in acquiſitionem. In quibus exultans, dignus effectus ſum, per quos ſcribo, alloqui ſanctos qui ſunt Epheſi, fideles in

Chriſto Ieſu. Gaudeo enim in uobis quia uanitati non intenditis,neq; ea quæ ſecundum carnem ſunt diligitis, ſed ea quæ ſecundum deum ſunt. Sed pro alijs hominibus orate indeſinenter. Eſt enim in illis ſpes,ut deum mereantur adipiſci. Nunquid qui cadit (inquit)nõ adijciet ut reſurgat?aut qui auertitur non cõuertetur? Cõuertimini ergo ad doctrinam,eſtote miniſtri dei,& os Chriſti. Dicit enim deus. Si abduxeritis præcioſum ab indigno,os meum eritis. Eſtote ergo ad iracundias eorum humiles,renunciate blaſphemijs eorum,uos uero orationi inſtate,illis errantibus uos ſtabiles eſtote radicati in fide. Vincite eorum ferocem conſuetudinem per ueſtram manſuetudinem,& iracundiam per lenitatem. Beati enim(inquit)mites. Nam & Moyſes manſuetus ſupra omnes fuit,& Dauid mitis ualde. Propter quod Paulus monet dicens. Seruum autem domini non oportet litigare,ſed mitem eſſe ad omnes,docibilem,patientem,cũ omni modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt ueritati. Nolite feſtinare,ulciſci uolẽtes uos. Si reddidi retribuentibus mihi mala,fratres eos faciamus per manſuetudinẽ. Dicite itaq; his qui oderunt uos,fratres noſtri eſtis, ut nomen domini glorificetur. Imitemur ſcilicet dominũ, cui cum malediceretur non maledicebat,cum pateretur non comminabatur,cum crucifigeretur non contradicebat,ſed pro inimicis ſuis orabat dicens. Pater dimitte illis,quia neſciunt quid faciũt. Cui plus noceetur ampliora

ſuſtineat. Beatus qui abiectus et reprobatus fuerit propter nomen domini, ipſe etenim uerus eſt Chriſti. Videte ne herba diaboli inueniatur in uobis, amara etenim eſt & ſalſa. Ergo ſobrij eſtote & caſti in Chriſto Ieſu, iam enim nouiſſima tempora ſunt. Reuereamur & timeamus longanimitatem dei, & non ſimus diuitiarũ aut utilitatum rerum appetitores. Futuram iracundiam plus timeamus quàm præſentem gratiam diligamus, præſens enim gratia eſt ut inueniamur in Chriſto Ieſu, & in ueritate uiuamus. Extra hoc autem, nec reſpirare oportet aliquando. Hæc eſt enim ſpes mea, hæc exultatio, hæ deniq; indeficientes diuitiæ. In quo & uincula mea à Syria Romam uſq; ſuffero ſpirituales margaritas, in quib. mihi contingat conſummari orationibus ueſtris, participem paſſionum Chriſti communem & mortis eius fieri & à mortuis reſurrectionis & uitæ æternæ, quam mihi contingat percipere, ut in ſorte Epheſiorum Chriſtianorum inueniar. Qui & cum apoſtolis ſemper conuerſati ſunt in uirtute Ieſu Chriſti, Paulo, Ioanne, & Timotheo fideliſſimo. Scio qui ſunt & quibus ſcribo. Ego itaq; minimus ſum, & ſupplex ſub periculis & iudicijs & longe conſtitutus, uos uero conſecuti eſtis miſericordiam firmi in Chriſto. Traditus ſum autem propter deũ generi interfectorum à ſanguine Abel iuſti ad ſanguinẽ Ignatij minimi. Pauli enim ſancti eſtis comminiſtri, & teſtimonium conſummatis eius qui eſt uas electionis.

Sub

Sub ueſtigia eius merear inueniri & cæterorum ſancto rum, quando Ieſum Chriſtum meruero adipiſci, qui ſem per in ſuis orationibus memor ſit ueſtri. Feſtinate ergo frequenter accedere, ad euchariſtiam & gloriam dei. Quando enim aſſidue hoc ipſum agitur, expelluntur po teſtates Satanæ, qui actus ſuos conuertit in ſagittas igni tas ad peccatum. Veſtra autem concordia & conſonãs fides, ipſius eſt interitus, et conſentaneis eius tormentũ. Nihil enim melius eſt quàm pacem habere, in qua omne telum euacuatur aereorum & terræſtrium ſpirituum. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ, ſed aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus mun= di rectores tenebrarum harum, aduerſus ſpiritualia ne= quitiæ in cœleſtibus. Ergo nolite uos uulnerare in aliq̃ contagione diaboli, ſicuti & Paulus dicit, habentes in Chriſtum ſpem et dilectionem, quæ eſt principium uitæ & finis. Principium quidem uitæ eſt fides, finis uero eius eſt dilectio. Ambæ uero ſimul iunctæ in unitate factæ hominem dei perficiunt. Sed & reliqua omnia quæ in beniuolentia ſequuntur conſummant. Nemo enim fidem annuncians debet peccare, neq; dilectionem poſſidens debet fratrem ſuum odire. Qui enim di= xit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ip ſe iterum ait, & proximum tuum ſicut te ipſum. Qui enim annunciant eſſe Chriſtum, non ex ijs quæ dicũt tan tummodo, ſed ex ijs quæ agunt agnoſcuntur. Ex fructu

enim arbor cognoſcitur. Melius eſt eum igitur tacere & eſſe, q̃ dicere & non eſſe, quia non in uerbo eſt regnũ dei, ſed in uirtute. Corde enim creditur ad iuſtitiã, oris autem confeſſio fit ad ſalutem. Bonũ eſt igitur docere, ſed ſi fecerit ea quæ dixerit. Qui docuerit & fecerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Dominus aũt noſter & deus Ieſus Chriſtus qui eſt filius dei uiui, primo uidelicet fecit & ſic docuit, ſicut teſtatur Lucas, cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Nihil enim latet dominum, ſed etiam occulta noſtra coram ipſo ſunt. Omnia ergo faciamus tanq̃ ipſo in nobis habitante, ut ſimus eius templa, & ipſe habitet in nobis. Dominus itaque Chriſtus in nobis loquatur, ſicut & in Paulo, ſpiritus ſanctus nos doceat quæ ſunt Chriſti reſpondere. Adiuncti illi nolite errare fratres mei, & ne ſitis maſculorum concubitores, quia huiuſmodi regnum dei non poſſidebunt. Qui enim habitacula corrumpunt, morti condẽnabuntur. Quomodo non magis qui Chriſti doctrinam diſrumpere conantur, ſempiternam damnationem percipient, propter crucem et mortem quam ſuſtinuit dominus Ieſus unigenitus dei filius? Cuius doctrinam quicũq; deprauauerit, abiectus et pollutus in gehennam proijcietur. Similiter autem et omnis homo qui ſpreuerit quod à deo accepit condemnabitur. Qui imperitum paſtorẽ ſecutus fuerit, et falſam gloriam tanq̃ ueram ſuſceperit, particeps Chriſti eſſe non poterit. Quæ enim ſocietas lu

nem,martyrem bonum proficiſcentem de mundo ad de-
um)ut in ipſo oriar. Nunquam læſiſtis aliquem,alios
docuiſtis. Ego autem rogo ut ſecundum illa firma quæ
docti eſtis ex omni uirtute optetis mihi ut non ſolum di-
ca˜,ſed etiam inueuiar chriſtianus. Si autem inuētus fue
ro,& dici poſſum et tunc eſſe fidelis,quando mundo nō
comparuero,nihil enim de ijs quæ uidentur æternū eſt.
Quæ enim uidentur(inquit)temporalia ſunt,quæ autē
non uidentur æterna ſunt,non ſolum in opere,ſed etiam
in magnitudine. Chriſtianitas enim eſt quæ oditur à mū
do,amatur à Chriſto,quia non eſt ab hominib. ſed à deo.
Si enim eſſetis(inquit)de mundo,mundus quod ſuū erat
diligeret. Nunc autem quia non eſtis de mundo,propte
rea odit uos mundus,ſed ego elegi uos,manete in me.
Ego ſcribo omnibus eccleſijs,& omnibus mādo,quia uo
luntarie pro deo morior,ſi uos non præpedieritis. Ro-
go itaq; uos ut non fruſtra ſit in me dilectio ueſtra. Si-
nite me ut beſtiarum eſca ſim,per quam poſſum deum
promereri. Triticum enim dei ſum,dentibus beſtiarum
molar,ut poßim panis dei mundus inueniri. Magis au
tem blandiamini beſtijs,ut mihi ſepulchrum ſint,& ni-
hil de meo corpore relinquant,ut non obdormiens gra-
uis alicui inueniar. Non ſicut Petrus & Paulus præ
cipio uobis. Illi enim apoſtoli ſunt Ieſu Chriſti,ego autē
minimus. Illi uero liberi ſunt ſerui dei,ego autem uſq;
nunc ſeruus,ſed ſi paßus fuero,libertus ero Ieſu Chriſti

& reſurgam in eo liber. Nunc diſco uinctus nihil mun di concupiſcere, aut aliquod uanum. A Syria Rhomam uſq; cum beſtijs depugno per terram & mare, die ac nocte uinctus cum decem leopardis, hoc eſt cum mlitari cuſtodia, qui ex beneficijs peiores fiunt, in iniuſtitijs autem eorum magis edoceor, ſed nec in hoc quidem iuſtificor. Vtinam fruar beſtijs quæ mihi paratæ ſunt, quas & opto mihi ueloces eſſe ad meum interitum, & allici ut celerius me comedant, ne ſicut in alijs territæ ſint, & non eos tetigerunt. Et ſi ipſæ noluerint, ego ipſis uim ingeram, ego urgebo. Ignoſcite mihi, ego ſcio quid mihi expediat. Nunc incipio eſſe diſcipulus, nulli æmulor uiſibilium & inuiſibilium, ut Ieſum Chriſtum merear adipiſci, ignis, crux, beſtiarumq; conſtantia, abſciſio, ſeparatio, confractio, diſſipatioq; membrorum, interitus totius corporis, & flagella diaboli omnia in me ueniant ut Ieſum Chriſtum merear adipiſci. Nihil me iuuant quæ ſunt mundi huius, neq; regnum temporale. Bonum enim mihi mori in Chriſto Ieſu, quàm regnare in finibus terræ. Quid enim prodeſt homini ſi uniuerſum mundũ lucretur, animã uero ſuam perdat? Dominum namq; deſidero filiũ ueri dei, & patrem Ieſu Chriſti, ipſum utiq; quæro, et illũ qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit. Ignoſcite mihi fratres, ne mihi impedimenta opponatis ad uitam, Ieſus eſt enim uita fidelium, ut ne uelitis me mori, quia uita mors eſt ſine

ci cum tenebris? aut Chriſto cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? aut templo dei cum idolis? Dico autem & ego, quæ cōmunicatio ueritati ad mendaciū? aut quæ ſocietas iuſtitiæ cum iniuſticia? aut ueræ gloriæ cum falſa gloria? Propterea unguentum accepit deus in capite, ait eccleſia, ut fragret in incorruptione. Vnguētum enim exinanitum nomē tuum, propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, attraxerunt te naribus, poſt te in odorem unguentorum tuorum curremus. Ne unguatur quis fœtore huius ſæculi, ſancta dei eccleſia nō captiuetur ab aſtutia illius, ſicut mulier prima Eua. Quapropter cum ſimus rationabiles, nō efficiamur ſtulti. Quare plantationem quā à deo per Chriſtum accepimus, nō cuſtodimus ſed in iudicium per ignorantiam incidimus, ignorantes gratiam quam accepimus, & neſcientes perimus, quia Chriſti Crux infidelibus quidem ſcandalum, fidelibus autem ſalus, & uita æterna? Vbi ſapiens, ubi ſcriba, ubi conquiſitor, ubi exultatio dictorum. Filius autem dei qui ante ſæcula natus eſt, & omnia diſpoſitione patris conſtituit, ipſe in utero portatus eſt à Maria ſecundum dei diſpoſitionem ex ſemine Dauid & ſpiritu ſancto. Ecce enim (inquit) uirgo in utero concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel. Ipſe enim baptizatus eſt à Ioanne, ut fidelem faceret ordinationem quæ tradita eſt prophetis à deo, & latuit principem huius ſæculi uirginitas Mariæ, & partus eius ſi-

militer & mors domini. Tria myſteria clamaui in ſilentio. Dei enim opera nobis manifeſtata ſunt. Stella in cœlo fulſit ſuper omnes quæ ante ipſam erant. Et lux eius inæſtimabilis & noua atq; peregrina apparuit uidentibus eam. Cætera uero ſydera ſimul cum ſole & luna, coruſca facta ſunt illi ſtellæ, illa uero ſuperabat omnes ſplendore ſuo, & facta eſt perturbatio, unde fuiſſet illa nouitas quæ apparuerat. Hinc hebetata eſt ſapientia huius mundi, iniquitas & malitia exterminabantur, maleficia adnullabantur, magica deridebantur, tenebræ & ignorantiæ diſſipabantur, & tyranni principatus abolebantur, deo ut homine apparente, & homine ſicut deo operante. Sed neq; primo gloria, neq; ſecundo puritas, ſed illa ueritas & conuerſatio principatum accepit à deo, perfecta omnia in illo conſtabant, propter quod meditatus eſt mortis ſolutionem. State ergo fratres firmi in fide Ieſu Chriſti, & in dilectione eius atq; reſurrectione omnes. In omnibus enim his gratia. In eius nomine congregamini, communiter in una fide dei patris & Chriſti filij eius unigeniti & primogeniti totius creationis, ſecundum carnem quidem ex genere Dauid. Eruditi à paracleto, obedientes epiſcopo, & preſbytero impreuaricabili ſenſu, frangentes panem qui eſt medicamentum immortalitatis, antidotum non moriendi, ſed uiuendi per Ieſum Chriſtum in deo, catharticum expellens malum, ſit in uobis. Pro animabus ueſtris ego

efficiar, & eius quem miſiſtis in honorem dñi ad Smyrnam, unde & ſcribo uobis, gratias agens domino, diligẽs Polycarpum quomodo & uos. Memores eſtote mei, ſicut & ueſtri Ieſus Chriſtus qui eſt benedictus in ſæcula. Orate pro eccleſia Antiochenſium, quæ in Syria eſt, unde & uinctus ducor Rhomam, qui ſum ultimus illorum fidelium, unde ſum ultimus ego, dignuſq; effectus in honorem dei has ſufferre catenas. Incolumes eſtote in deo patre & domino Ieſu Chriſto, communi ſpe, in ſpiritu ſancto. Amen.

AD ROMANOS DE SMYRNA PER Epheſios. Epiſtola. XII.

Rhoma (à qua & Rhomani) notior eſt q̃ ut hyſtoriæ lucem requirat, Italicarum urbium præclariſſima, olim iam orbis caput, & urbs per excellentiam dicta. Et hæc pro communi argumento abunde dicta putentur.

Ignatius, qui & Theophorus, miſericordiam conſecutæ in magnitudine dei altiſſimi, patris Ieſu Chriſti unigeniti eius filij, eccleſiæ ſanctificatæ & illuminatæ in uoluntate dei (qui fecit omnia quæ ſunt ſecundum fidem & dilectionem Ieſu Chriſti dei & ſaluatoris noſtri) quæ & præſidet in loco regionis Rhomanorum, deo dignæ, eminentia dignæ, beatitudine dignæ, laude dignæ, fide dignæ, fundatæ in dilectione & fide Chriſti, paternum nomen habenti, ſpiritiferæ, quam & ſaluto in nomine do

mini omnipotentis, & Ieſu Chriſti filij eius qui eſt ſecun carnem & ſpiritum, adunatis in mandatis eius, repletis gratia dei inſeparabiliter, & ablutis ab omni aliero colore, atq; immaculatis, plurimam in deo patre & domino Ieſu Chriſto Salutem.

DEprecans deum obtinui ut uidere merear dignos uultus ueſtros ſicut plurimum optabã promereri. Vinctus enim in Chriſto Ieſu ſpero uos ſalutare, ſi quidẽ fuerit uoluntas illius, qui dignum me faciat uſq; in finem propoſitum meũ conſummare. Illa uero principia bone conuerſationis ſunt, ſi quidem per gratiam meruero ſortem meam uſq; in finẽ ſine impedimento percipere. Timeo enim dilectionem ueſtram, ne ipſa me lædat, uobis enim facile eſt quod uultis facere, mihi autem difficile deum promereri, tamẽ potero ſi uos peperceritis mihi occaſione amicitiæ carnalis. Nolo igitur uos homini placere, ſed deo ſicuti & complacuiſtis, nec enim ego habui aliquando tale tempus ut deum promeruiſſem. Ergo ſi & uos tacueritis de me, ego efficior dei. Si enim dilexeritis carnem meam, iterum forſitan abſoluar. Multum enim mihi præſtatis ſi me offeratis deo, cum iam altare paratum eſt ut in dilectione chorus effecti cãtetis, deo patri in Chriſto Ieſu (quoniam epiſcopum Syriæ dignum fecit deus inueniri in occidente, ab oriente præmittens ſuam paſſio-

POLYCARPI MARTYRIS SMYRnæorum epiſcopi, diſcipuli Iohannis Euangeliſtæ, ad Philippenſes Epiſtola.

Polycarpus & qui cum eo ſunt præſbyteri, eccleſiæ dei quæ eſt Philippis, miſericordia uobis & pax à Deo omnipotente & Ieſu Chriſto ſaluatore noſtro abũdet.

Congratulatus ſum uobis magnifice in domino noſtro Ieſu Chriſto, ſuſcipiens imitabilia uerba dilectionis quam oſtendiſtis in illis qui præmiſſi ſunt, uiris ſanctis, decoris uinculis cõnexis, quæ ſunt coronæ electæ Deo, illius ueri regni, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & quia firmitas fidei ueſtræ à principio uſq; nunc permanet, & ſanctificatur in domino Ieſu Chriſto, qui ſuſtinuit pro peccatis noſtris uſq; ad mortem, quem reſuſcitauit deus, diſſoluens dolores inferni, quẽ cum nõ uideritis, nunc diligitis, in quem nunc non aſpicientes, creditis. Credentes autem, gaudebitis gaudio inenarrabili, & glorificato, in quo multi deſiderant introire, ſcientes quia gratia facti eſtis, non ex operibus, ſed in uoluntate dei per Ieſum Chriſtum. Propter quod ſuccincti lumbos ueſtros, ſeruite domino cum timore et in ueritate dimiſſo inani uaniloquio & multo errore. Credite ergo in illum qui reſuſcitauit dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum ex mortuis, & dedit gloriam & ſedem in dextera ſua. Huic ſubiecta ſunt omnia, cœleſtia, et ter

ræſtria,et ſubterranea,cui omnis ſpiritus ſeruit,qui uen turus eſt iudicare uiuos & mortuos. Huius ſanguinē re qrit deus ab eis q nō crediderūt in,eū q et reſuſcitauit eū à mortuis,q & nos reſuſcitaturus eſt in uitā ſi fecerim9 uoluntatē eius, & ambulauerimus in mandatis ipſius,& dilexerimus quæ & ipſe dilexit, auocantes nos ab omni iniuſtitia,hoc eſt à concupiſcentia, ab auaritia ,à detra-ctione,à falſo teſtimonio ,nō reddentes malū pro malo, aut iniuriam pro iniuria,aut contumeliam pro contume lia,aut maledictum pro maledicto. Mememote q domi-nus docens dixit: Nolite iudicare ne iudicemini , dimit-tite & dimittetur uobis,miſeremini,& dominus miſe-rebitur ueſtri. Qua enim menſura menſi fueritis,reme-tietur eadem,& uobis. Mememote & illius quod di-ctum eſt.Beati pauperes ſpiritu, & qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam,quoniam ipſorum eſt reg-num cœlorum. Hæc autem fratres mei non à meipſo im-perans ſcribo uobis de iuſtitia,ſed quoniam uos prouo-caſtis. Propterea qa neq; ego neq; ſilis alius mei poterit ſequi ſapientiā beati & glorioſi Pauli,qui fuit apud uos & uiſus eſt ſecundum faciem illis qui tunc erant homini bus,qui docuit certiſsime atq; firmiſsime uerbum uerita-tis,q et abſens ſcripſit uobis Epiſtolas,ad quas deflectimi ni ut poſsitis ædificari in fide quæ data eſt uobis,quæ eſt mater omnium noſtrum,ſubſequente ſpe,præcedente di lectione,quæ eſt in deo & in Chriſto, & in proximo.

Si enim quis horum intrinſecus repletus fuerit mādatis iuſtitiæ,& habuerit dilectionem,longe eſt ab omni peccato. Principium omnium malorum eſt auaritia. Scitote autem quia nihil intulimus in hunc mundum,neq; auferre poſſumus. Armemur armis iuſtitiæ,& doceamus noſmetipſos primum ambulare in mandatis domini, & poſt hæc mulieres ueſtras in fide quæ data eſt eis & dilectione,& caſtitate,amantes ſuos uiros in omni ueritate & charitate,diligentes omnes æqualiter in omni continentia. Et filios erudite in omni diſciplina, & timore dei. Viduæ uero pudicæ circa fidem dei interpellent inceſſanter pro omnibus,elongantes ſe ab omnibus diabolicis detractionibus, & falſo teſtimonio, & ab omni malo,cognoſcentes ſeipſas,quia ſunt ſacrarium dei,quoniam omnia Deus proſpicit,& nihil eum latet,neque cogitatio,neq; conſcientia, neq; aliquod abditum cordis. Scientes autem quia Deus non irridetur,debemus digne in mandatis eius & gloria ambulare. Similiter diaconi inculpabiles ſint in conſpectu iuſtitiæ eius, ſicut Dei & Chriſti miniſtri & non hominum,non criminatores,neq; detractores,neq; auari,ſed omnia tolerantes, in omnibus miſericordes,diligentes in omnibus,ambulantes in ueritate domini,qui factus eſt miniſter omnium. Huic ſi placemus in hoc ſæculo,percipiemus ea quæ futura ſunt ſecundum q; repromiſit reſuſcitare nos à mortuis. Et ſi digne in eo conuerſati fuerimus,& ſi crediderimus con-

regnabimus cum eo. Iuuenes ſimiliter inculpabiles ſint in omnibus, omnem ignorantiam præuidentes, refrænantes ſe ab omni malo. Bonum eſt enim abſcindi ab omnibus concupiſcentijs, quoniam omnis concupiſcentia aduerſus ſpiritum militat, quia neq; fornicarij, neq; molles, neq; maſculorum concubitores regnum dei poßidebunt, neq; illicita facientes. Propter quod abſtineri oportet ab omnibus his. Subiecti eſtote præſbyteris & diaconis ſicut deo et Chriſto. Virgines caſta conſcientia ambulate. Præſbyteri ſimplices ſint, in omnibus miſericordes, omnes ab errore conuertentes, omnes infirmos uiſitantes, uiduas, pupillos, & pauperes non negligentes, ſed ſemper prouidentes bona coram deo & hominibus. Abſtinete uos ab omni iracundia & iudicio iniuſto. Longe ab omni auaritia eſtote, non cito conſentiatis aduerſus aliquem, ne præuaricemur in iudicio, ſcientes quia debitores ſumus peccati. Si ergo deprecamur dominũ ut nobis dimittat, debemus etiam nos dimittere. Ante conſpectum oculorũ domini ſumus, & omnes oportet nos aſtare ante tribunal Chriſti, & unumquemq; pro ſe rationẽ reddere. Seruiamus ergo ei cum timore & reuerentia, ſecundum q́d euangelizauerunt nobis apoſtoli dñi, & prophetæ annũciauerũt aduẽtũ domini noſtri Ieſu Chriſti. Zelantes bona, abſtinete ab ſcandalis & falſis fratribus, qui in uanum portant nomen domini, qui oberrare faciunt inanes homines. Omnis enim qui non confite-

Chriſto. Dei uolens eſſe, mundo non placeam. Sinite me puram lucem percipere, illuc perueniens homo dei ero. Concedite mihi ut ſim imitator paßionum dei mei. Qui enim uult in ſeipſo habere, intelligat quod uolo, & compatiatur mihi ſciens quid ſit in me. Princeps enim mundi huius diripere me uult, & in iudicio dei mei dirumpere. Nemo ergo de præſentibus uobis auxilietur ei, magis autem mei adiutores eſtote, hoc eſt dei. Nolite dicere Ieſum Chriſtum mundum honorantes. Facinus in uobis non habitet, neq; ſi uos præſens rogauero, conſentiatis mihi, his autem conſentite quæ ſcribo uobis. Viuus enim uobis ſcribo deſiderans mori pro Chriſto. Meus enim amor crucifixus eſt, & non eſt in me, A qua autē alia uiua manet in me intrinſecus mihi dicēs, ueni ad patrem, non comedam eſcam corruptionis, neq; uoluptates huius mundi deſidero, panem dei uolo, panē cœleſtem, panem uitæ, qui eſt caro Ieſu Chriſti filij dei, uiui (q natus eſt in nouißimo ex ſemine Dauid & Abrahæ) & potum uolo ſanguinem eius, qui eſt dilectio incorruptibilis, & uita æterna. Iam nolo ſecundum homines uiuere, hoc autem erit, ſi uos uolueritis, Chriſto crucifigor, quia iam ego non uiuo, uiuit uero in me Chriſtus. Per modica ſcripta rogo uos, ne mihi obſeruetis. Credite mihi quia Ieſum diligo, quoniam & ipſe dilexit me, & ſeipſum tradidit pro me. Quid retribuam ei pro omnibus quæ retribuit mihi? Ipſe autem Deus & pater do-

mini noſtri Ieſu Chriſti, & ipſe dominus Ieſus Chriſtus manifeſtauit nobis hæc omnia, quia uerum dico, & uos ſimul condeprecamini mecum ut laborem conſequar in ſpiritu ſancto. Non ſecundum carnem uobis ſcripſi, ſed ſecundum diſpoſitionem dei. Si autem Paſſus fuero, dilexiſtis me. Sed ſi reprobatus fuero, odio me habuiſtis Memẽtoe in orationibus ueſtris illius qui pro me rectu rus eſt eccleſiam, quæ eſt in Syria. Credite domino dicenti: Ego ſum paſtor bonus, qui uiſitauit eam, & ſit ueſtra in eo dilectio. Ego autem & erubeſco ex ipſis dici. Nõ enim ſum dignus eſſe ultimus aut purgamentum, ſed miſerabilis ſum nunc, donec Deum merear adipiſci. Salutat uos ſpiritus meus, & dilectio eccleſiarum, quæ me ſuſceperunt ſicut nomen Ieſu Chriſti. Habentes enim me non q̃ſi tranſeuntẽ uiam meã aſpiciebant, & per ciuitatẽ me deducebant. Hæc igitur ſcribo uobis de Smyrna, per Epheſios beatitudine dignos. Eſt autem mecum ſimul cum alijs Crocus deſiderabile mihi nomen ex ijs qui aduenerunt de Syria ad Romam in gloria dei. Credo uos agnoſcere quæ mihi mandaſtis adhuc proxime cõſtituto. Omnes enim digni ſunt deo, & apud uos me oportet requieſcere. Scripſi uobis hæc nono Kalendas ſeptembris. Incolumes eſtote uſq; in finem in patientia Ieſu Chriſti. Amen.

Epiſtolarum diui Ignatij Martyris.

FINIS.

tur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe, hic Anntichriſtus eſt. Et qui non confitetur myſterium crucis, ex diabolo eſt. Et q̄ deuiauerit eloquia domini ad propria deſideria, & dixerit neq; reſurrectionem neq; iudicium eſſe, hic primogenitus ſatanæ eſt. Propter quod relinquentes uanitates multorum, & falſas doctrinas, ad illud q̄d tra ditum eſt nobis à principio uerbum reuertamur. Sobrij ſimus in orationibus, ieiunia tolerantes, & ſupplicationibus petentes omnium proſperatorem dominū, ne nos inducat in tentationem, ſecundum q̄d dicit dominus. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Indeficienter autem toleremus propter ſpem noſtram & pignus iuſtitiæ q̄d eſt Chriſtus, qui ſuſtulit peccata noſtra in corpore ſuper lignum, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, ſed propter nos oīa ſuſtinuit ut uiuamus in ipſo. Imitatores ergo efficiamur tolerantiæ eius, & ſi paßi fuerimus pro nomine eius, glorificemus eum, hoc enim nobis iudicium poſuit de ſeipſo, et nos hoc credimus. Rogo igitur omnes uos inſiſtere uerbo iuſtitiæ & patientiæ, quam oculata fide uidiſtis, non ſolū in beatißimis illis Ignatio ſcilicet & zozymo & Rufo, ſed in alijs q̄ ex uobis ſunt, et in Paulo, & in cæteris apoſtolis, confidentes quia hi omnes qui non in uacuum cucurrerunt, ſed in fide & iuſtitia, & ad debitum ſibi locū cum domino, cui & conpaßi ſunt, abierunt, quia non hoc ſæculum dilexerunt, ſed eum qui pro ipſis & pro nobis

mortuus eſt,et à deo reſuſcitatus. In his ergo ſtate,& domini exemplar ſequimini, firmi in fide et immutabiles fraternitatis amatores,diligẽtes inuicẽ in ueritate ſocia ti,manſuetudinem domini alterutri præſtantes, nullum deſpicientes. Cum poteſtis bene facere nolite differre,qa eleemoſina de morte liberat. Omnes uobis inuicem ſub iecti eſtote,conuerſationem ueſtram conſiderantes irre prehenſibilem in gentibus,ut ex bonis opibus ueſtris & uos laudẽ accipiatis,& dominus in uobis nõ blaſphemetur. Væh autem illi per quem nomen domini blaſphematur. Sobrietatẽ ergo docete omnes in qua & uos conuer ſamini. Nimis contriſtatus ſum pro Valente,qui præſby ter factus eſt aliquando apud uos,q, ſic ignoretis locum qui datus eſt ei. Moneo itaq; uos ut abſtineatis ab auari tia,& ſitis caſti,ueraces. Abſtinete ab omni malo. Qui autem in his non poteſt ſe gubernare, quomodo alij pro nunciat hoc? Si quis non abſtinuerit ab auaritia,ab idololatria coinquinabitur,& tanq̃ inter gentes iudicabitur. Quis ignorat iudiciũ domini? An neſcim9 quia ſan cti mundum iudicabunt? ſicut Paulus docet. Ego autem nihil tale ſenſi in uobis uel audiui, in quibus laborauit beatus Paulus,qui eſtis in principio epiſtole eius,de uobis etenim gloriatur in omnibus eccleſijs,quæ deum ſolæ tunc cognouerant,Nos aũt non dum noueramus. Valde ergo fratres contriſtor pro illo & coniuge eius, quibus det dominus pœnitentiã ueſtrã. Sobrij ergo eſtote et uos

in hoc

in hoc, & non ſicut inimicos tales exiſtimetis, ſed ſicut paſſibilia membra & errantia eos reuocate, ut omnium ueſtrum corpus ſaluetis, hoc enim agentes, uoſipſos ædificatis. Confido enim uos bene exercitatos eſſe in ſacris literis, & nihil uos latet, mihi autem non eſt conceſſum modo, ut his ſcripturis dictum eſt. Iraſcimini & nolite peccare. Et ſol non occidat ſuper iracundiam ueſtram. Beatus q meminerit, qd' ego credo eſſe in uobis. Deus autem & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, ipſe ſempiternus pontifex dei filius Chriſtus Ieſus ædificet uos in fide & ueritate & omni manſuetudine & ſine iracundia, in patientia & in longanimitate & tolerantia & caſtitate, & det uobis ſortem & partem inter ſanctos ſuos, & nobis uobiſcum, & in omnibus qui ſunt ſub cœlo, qui credituri ſunt in dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, et in ipſius patrem, qui reſuſcitauit eum à mortuis. Pro omnibus ſanctis orate. Orate etiam pro regibus & poteſtatibus & principibus, atq; pro perſequentibus & odientibus uos, & pro inimicis crucis, ut fructus ueſter manifeſtus ſit in omnibus, ut ſitis in illo perfecti. Scripſiſtis mihi & uos et Ignatius, ut ſi quis uadit ad Syriam deferat literas meas, quas et dedero ad uos ſi habuerimus tempus oportunum, ſiue ego ſeu legatus quem mi ſero p uobis. Epiſtolas ſane Ignatij quæ trãſmiſſæ ſunt nobis, habeo, et alias quantaſcunque apud nos habuimus tranſmiſimus uobis, ſecundum q mandaſtis q̃ ſunt ſubie-

ctæ huic epiſtolæ, ex omnibus enim uobis magnus erit profectus. Continent enim fidem, patientiam, et omnem ædificationem ad dominum noſtrum pertinentem. Et de ipſo Ignatiō & de ipſis qui cum eo ſunt quod certius agnoueritis ſignificate. Hæc uobis ſcripſi per Creſcentem, quem in præſentem diem cõmendaui uobis, & nunc commendo. Cõuerſatus eſt nobiſcũ inculpabiliter, credo quia uobiſcum ſimiliter. Sororem autem eius habebitis commendatam, cum uenerit ad uos. Incolumes eſtote in domino Ieſu Chriſto in gratia cum omnibus ueſtris. Amen.

DIVI DIONYSII AREOPAGITAE Epiſtola ad beatiſſimum Ioannem apoſtolum & euangeliſtam.

Ioanni Theologo et apoſtolo & euangeliſtæ in Pathmos inſula relegato.

SAluto te ſacram animam dilectiſſime, & eſt mihi iſtud ad te præ multis peculiarius. Exulta dilectiſſime ueraciter ei qui uere amabilis ac deſiderabilis & diligibilis eſt, nimium dilecte. Quid mirum ſi Chriſtus uera loquitur & iniqui diſcipulos ciuitatibus pellũt? Illi ipſi ſibi quæ merentur profecto tribuentes, dum à ſanctis ſceleſti dirimuntur atq; recedũt. uiſibilia ueraciter inuiſibiliũ manifeſtæ imagines ſunt. Neq; enim in ſæculis futurus auctor erit Deus iuſtarum ab ſe ſeparationum, ſed ij qui prorſus ſe à deo ſequeſtra-

runt,quemadmodum & alios cernimus hic iam dei con ſortio et familiaritate beatos,quia cũ ſint ueritatis ama tores,ab affectu omni materialium rerum longiſsime ſe cedunt,& in omni libertate malorum omnium,& amo re diuino bonorum uniuerſorum pacem diligunt & ſan ctificationem,atq; ex præſenti uita futuræ primitias ſu munt,inter homines angelico more conuerſati, cũ omni tranquillitate animi ac denominatione Dei & ſanctitate & uirtutibus reliqs. Et te quidẽ non adeo inſanus ſum ut arbitrer aliquid pati,immo & paſſiões corporis hac tantum in parte ſentire credo,ut eas ſolum dijudices. Cæterum qui te iniurijs impetunt,& exilio relegare ſe euangelij ſolem putãt non recte,eos iure culpans, cupio his omiſſis quæ in ſeipſos peragunt ad bonum conuertan tur,& te ad ſe attrahendo,fiant participes luminis. Nos autem nulla procella,nulla aduerſitas priuabit Io annis clariſſimo radio,id quidem conſecuturos memoria ac renouatione tuæ ueriſſimæ Theologiæ. Poſt paululũ uero(dicam enim et ſi audax dictu uideatur) tibi charſsi ma ſocietate iungemur. Ero autem prorſus dignior cui fides habeatur,ſi(quæ tibi præcognita ſunt)quæ ex deo didici hæc loquar,quòd ſcilicet & ex Pathmi cuſto dia dimittẽdus es liber,et in Aſiaticã terrã reuerſurꝰ. Il licq; perages boni Dei imitatiões,eaſq; poſteris trades.

Diui Dioniſij Epiſtola ad ſapientẽ Polycarpũ.

Dionyſius Ieſu Chriſti ſeruus,Polycarpo epiſcopo. S.

NOn ſum mihi equidem cõſcius aduerſus Græcos ſeu alios quoſlibet aliquãdo dixiſſe. Sufficere enim arbitrabar bonis uiris, ſi id qđ uerum eſt ipſum in ſeipſo ut ſeſe habeat & ſcire et eloqui poſſent. Hoc enim quid ſit rite iuxta legẽ ueritatis oſtẽſo, inuiolabiliterque conſtante, quodlibet quòd ſe aliter habeat, et ueritatẽ ſimulet, arguetur, aliudque eſſe, quàm id quod uere eſt, atq; omnino diſſimile, et quòd illud magis uideatur eſſe quàm ſit, deprehendetur. Itaq; ſuperuacaneum eſt ueritatis prædicatorem contra hos illos ue pugnare. Dicit enim uere quisq; numiſma habere ſe regium, et habet ille fortaſſis quandam (ut ita dixerim) particulam, fallacemq; ueritatis imaginem. Ac ſi equidem iſtud confutaueris, alius rurſum atq; alius eadẽ de re pertinaci intentione contendet. Porro ipſa ueritatis ratione comparata, et rite firmiterq; conſtante atq; ita uim ſuam præferente, ut à nullo prorſus hominũ cõargui poſſit, quicquid illud erit quod in aliquo diſſideat, nec ſe ita in omnibus habeat, ipſum ex ſeipſo inſuperabili ſtatui ueritatis obiectum detegitur atq; proſternitur. Hoc itaq; inſtituto rite (ut mihi uideor) uſus non aduerſus Græcos, aut alios quoſlibet diſſerere ſtatui, ſed ſatis eſſe putaui, ſi mihi ex diuina largitate cõtingeret primum, ut de ueritate bene ſentirem, eamq; probe tenerẽ, tum ut de ea quam noſſem uerba cõuenienter facere poſſem. Tu autem aſſeueras ſophiſtam Appollophanem in

me intorquere maledicta, & parricidam appellare, ut qui Græcorum dictis atq; ſententijs in eoſipſos parum iuſte utar. Atqui nos contra uerius obijcere poſſemus, Græcos potius aduerſus diuina, diuinis uti iniuſtiſſime, ac nefario ſcelere per ſapientiam Dei diuinæ religionis cultum euacuare moliri. Neq; uero ego quicquam nunc de multitudinis opinione loquor, quæ poetarum fictionibus carnaliter (ut ita dicam) et paſſibiliter ac perlibenter inhærens creaturæ potius quã creatori famulatur. Verum et ipſe Appollophanes, diuinis aduerſus diuina nefarie utitur. Nam per hanc rerum ſcientiam quæ ab ipſo philoſophia rite nominatur, et à Paulo beatiſsmio ſapientia Dei appellatur, ad auctorem omnium, & eiuſmodi quoq; ſcientiæ parentem, oportebat uiros philoſophos ſubuehi. Ac ne aliorum quàm ipſius opinionem contra inſtitutum meum à ueritate deuiare conuincam, ſcire atq; intelligere Apollophanes debuit cum ſapiens ſit nihil unquam cœleſtis ordinis ac motus immutari ulla ratione potuiſſe, niſi auctorem ſuum à quo & ut eſſet accepit, & cuius maieſtatis potentia continetur, in hoc ſe incitantem habuiſſet, qui ut ſacra teſtantur eloquia, facit omnia & tranſfert. Qua ergo ratione non colit eũ quem ex hoc quoq; cognouimus ueraciter eſſe omnium Deum, admiraturq; ipſius ineffabilem inæſtimabilemq; uirtutem, per quam cuncta ſubſiſtunt? Quandoquidem ſol & luna per ſummã uim ſtatu omnino mirabili, unà

eum cœlo ut eſſent prorſus immobiles, ipſius imperio pa ruerunt, atq; ad diei totius menſuram in eiſdem ſignis omnia conſtiterunt. Erit autem profectò maius atq; mi rabilius, ſi alia atq; etiam præſtantiora quæ continent, ita ferri, quæ uero continentur, non ſimul acta memoren tur. Et cum item alia quædam dies perpetuo lumine tri plo ferme quàm ſolet maior effecta eſt, & cœlũ intra ui ginti horas, quem iam exegerat curſum retrogrediens repetit, digniſſimoq; miraculo contrarijs orbitis tanta mora temporis remeat ſol, miro atq; inſolito curſu mo tum illum annuum uaria temporum dimenſione conſtã tem intra decem horarum ſpatium contrahit, ipſumq; totum rurſus intra decem alias nouam quandã tenens ſe mitam, conficit. Hoc profectò miraculum Babylonios tunc merito terruit, et abſq; pugna Ezechiæ ut qui Deo putaretur æqualis, ac mortalibus cæteris uirtute præſta re, ſubiecit. Omitto quæ in Aegypto magnifice contige re, & alia quædam ſigna alibi diuinitus facta. Sola hæc memoro quæ communia ſunt atq; cœleſtia, & orbi toti atq; omnibus nota. Sed forte dicturus Apollophanes eſt, hæc uera non eſſe. Ac iſtud quidem Perſarum ſacer dotum monumentis reſeruata hiſtoria continet, magiq; nunc, uſq; triplicis mitri, id eſt ſolis memoriam celebrãt. Verum liceat illi ſane his per ignorantiam, ſiue per hæ ſitationem fidem non accommodare, Age itaq; illum rur ſus aggredere. Quid de illo qui tempore crucis domini

cæ factus eſt ſolis defectu, dicturus es? Eramus tunc ambo apud Heliopolim, amboq; ſimul incidentem mirabiliter ſoli, lunæ globum notabamus, non enim eiuſce coniūctionis tunc aderat tempus. Ipſamq; rurſus ac hora nona ad ueſperam ad ſolis diametrum ſupra naturæ uires reſtitutam. In memoriam autem illius reuoca & aliud quiddam. Nempe enim ut ipſe non ignorat, eam lunæ incidentiam ab oriente cœpiſſe, & uſq; ad ſolaris corporis finē perueniſſe, ac tū demū reſiliſſe notauimus. Neq; uero eadem ex parte ut aſſolet, & incidentia illa & repurgatio facta eſt, ſed ex aduerſo diametri. Hæc ſunt ꝙ tunc tēporis contigere naturā profecto ſuperantia, ac ſoli Chriſto poſſibilia, qui auctor eſt omnium, facitq; magna & ſtupenda, quorū non eſt numerus. Iſta illi ſi licuerit dicito. Ea ſi potes Apollophanes argue. Nēpe enim præſens unâ tecū affui, unâ q; aſpexi, ac dijudicaui omnia, dignaq; ſum admiratione proſecutus. Deniq; tūc neſcio quo afflatus ſpiritu ad diuinationē quoq; prorupit Apollophanes, atq; ad me cōuerſus, Hæ, inquit, ò præclare Dionyſi diuinarū ſunt uiciſſitudines rerū. Iſta interim quantum epiſtolaris patiebatur anguſtia dixiſſe ſufficiat. Potes autē ipſe ea etiam ſupplere quæ deſunt, ac Deo perfecte offerre hoïem compluribus in rebus ſapientē. Fortaſſe nō dedignabitur māſuete atq; humiliter diſcere ſapientiſſimam religionis noſtræ ueritatem.

Sequuntur diui patris Antonij Magni, eremicolæ.

Aegyptiaci, Epiſtolæ ſeptem, Aegyptiaca lingua ab ipſo conſcriptæ, ſed ob ſententiarũ pondus à Græcis (ut Diuus Hieronimus atteſtatur) in uſum ipſorum uerſæ, & demum ad nos in latinam linguam tralatæ. Quas & ipſius Antonij eſſe, & ipſum diuinæ ſapientiæ non expertem fuiſſe, magnis teſtibus & rationibus probat dominus Symphorianus Chãperius Lugduneñ. in præfationibus commentariorũ ſuorũ eaſdẽ epiſtolas à nobis qdem impreſſorũ, ſed nunc, ut enchiridij modũ ſeruemus, prætermittendorũ. Ideo autem ultimæ nunc uiſæ ſunt ponẽdæ, q̃ ultimo loco ſcriptæ.

EPISTOLA PRIMA DIVI ANTONIJ merito magni Abbatis ſanctiſſimi, ad fratres ſuos.

PRimum ſaluto uos in domino. Exiſtimo aũt animas quaſcunq; appræhenderit gratia dei uocãtis ad prædicationẽ ſuã p uerbũ proprium, habere tres modos ſeu maſculos ſeu fœminas. Quidã enim p teſtamentariã legẽ et inditũ in eis ſemel bonũ à prima ſui conditione pertingere uerbo dei ad eos morati non ſunt, ſed prexerunt parati cum eo, ſicuti & noſter progenitor Abrahã, cui primo qa porrexit indaginẽ deus per teſtamentariã legẽ apparuit dicens, exi de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui, & ueni ad terrã quã oſtendero tibi. At ille in nullo hæſitans paratus fuit in uocatiõe. Hic aũt figura erat primæ uiæ huius inſtitutionis, quæ nunc uſq; perſiſtit in eis

qui eius ſequuntur ueſtigia. Vnde & iterū ſi aīæ ſic ſuſtineant, & ita egerint, facile eaſdem uirtutes aſſumēt, eo ꝙ parata ſint corda earum repleri ſpiritu dei. Et hæc inſtitutio prima. Huic uero ſecūda exiſtit de ijs qui audiunt ſcriptā legē teſtificantē eis uniuerſa ſupplicia q̄ peccatorib. præparātur, & annūciātē de ſanctis ꝑmiſſiōibus ad eos qui proficiunt, qbus & per teſtimonia in ſcriptæ legis ſobria uoluntas exiſtit, & ꝑ hanc q̄ſierunt intrare in uocatione uocātis. Sic et Dauid teſtificatur dicens; Lex dñi immaculata conuertēs animas. Et in hoc eodem loco. Declaratio (inquit) ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Sed & alia q̄ plurima, de quibus modo non poſſumus enarrare. Porro tertia inſtitutio eſt, in qua duris cordibus ſæpe inter uitia & in peccati operibus permanentibus aliquotiens benignus deus infert labores ad increpandum, donec ſentiant per ærumnā, & pœnitentes ex toto, accipientes & ipſi uirtutes. Quemadmodū & illi de qbus prædixi. Hæ igitur ſunt introductiōes tres in aīabus quæ ad pœnitudinē ueniunt, donec adipiſcātur gratiam et uocationē filij dei. Sed puto ꝙ eos primus uocet ſpiritus qui ingrediuntur ex toto corde certamen, & ordinant ſemet ipſos ad ſuſtinendum in omni luctatione aduerſarij, donec deuincant eum. Præſtat uero eis & lenitate in omnibus iuuans eos ſpiritus, ut indulcentur in illis opera pœnitentiæ. Ponit eis terminos modum quendā pœnitudi-

nis in corpore & anima eorũ uſq; quo doceat eas etiã cõ uerſionis modum ad conditorem proprium deũ. Necnõ & præbet eis uiolentiæ compulſionem in anima diſcurrentem & corpore, ut utraq; ſanctificari queant, ut eodem mõ hæreditatem utraq; ſumant. Corpus quidem in ieiunijs crebris & uigilijs atq; ſolertia, miniſterijs quoque quæ facit in corpore. Conandum hoc in omni fructificatione carnali. Spiritus quoq; pœnitentiæ deductor efficitur, & in iſtis tentat eũ in his, ne qua ſit inimicitia ad conuertendũ forte retrorſum. Tũ uero ille deductor ſpiritus incipit adapperire animæ oculos ad pœnitentiam exhibendam, & ut ſanctificetur etiam ſenſus, diſtinctionem intermediam præbet, incipiens doceri à ſpiritu ſanctificare corporis & animæ pœnitentiam, ſenſu per ſpiritum edocto deducentem nos ad illud animæ corporiſq; agendũ, qui ſanctificans omnia ac diſtrictionẽ præbens ut et carnis miſceatur fructus ad uniuerſa corporis naturalia, ex quib. tranſgreſſio fuit, et adducit unũqd'q; corporum naturaliũ ad priorẽ conditionẽ, nõ habens aliquid alienũ aut hoſtile ſpiritus. Corpus ſiquidem redigatur ſub poteſtatem ſenſus, doctnm à ſpiritu ſecundum eloquium Pauli. Obculco corpus meum & in ſeruitutem redigo. Quoniam uero ſenſus antea ſemetipſum ſanctificat in eſcis & potationibus à ſopore & ſemel ac ſimplicter in cunctis motibus ſuis, quique & naturalem copulam ſegregauerat ſanctificationi propriæ,

Reor autem tres corporis exiſtere motus. In ipſo enim eſt naturale corporis concretum illi, quod tamen non operatur aut efficit aliquid ſine animæ uoluntate, niſi quòd indicat in corpore ſolum. Nam & alius motus exiſtit ex paſtu corporis multorum ciborum ac potuum, ex quibus adinflatio ſanguinis orta per eſcas oppugnat totius animæ corpus epularum ſumptione permotum. Ob hoc & Apoſtolus ait. Nolite inebriari uino in quo eſt luxuria. Deinde Domino nunciante diſcipulis ſuis in Euangelio dicitur. Videte ne quando grauentur corda ueſtra in eſca & potu ſiue delitijs. Inquirentibus præſertim menſuram ſanctificationis debitum eſt iſtud efferre. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Tertius uero motus eſt ſprituum malignorum temptantium per liuorē, ac uolentium flacci diores efficere eos, qui conantur ſanctificare ſemetipſos. Veruntamen ſi in ijſdem tribus modis ſuſtineat anima ſemetipſam teſtimonijs quibus ſpiritus docuerit ſenſum, ſanctificabitur in utroque ab illo languore triformi. Sin uero dimiſerit ſemetipſum ſenſus à teſtimonijs quibus ſpiritus teſtificatur ei, tunc maligni ſpiritus ſuperſerunt cōgregationi corporis, et oppugnant illo motu uſq; dum anima fatigetur & incipiat requirere, unde auxilium ueniat, conuerſaq; reapprehendat ſpiritus teſtimonia ac ſanetur. Tunc etiam ei dat quód unica ſit requies poſtulanda à deo, & quia ſic fit pax eius. Hæc aūt

aſſerui ad pœnitendum in corpore & anima, & qualiter oportet mundari eam, cumq́; ſumpſerit tale certamẽ, tunc nuncia ſp̃us adſunt, & incipit diſcernere et iã ægritudines animales quæ accedunt & per proprias uoluptates. Tunc ſiquidem erit participatio ſp̃us cum ſenſu, per cuſtodiam mandatorũ quæ ei tradidit, & docet eum curare ommem languorem propriæ animæ, unum quodq; eorum diſcernens ei permixtione accepta in corpore naturalium ac reliquorum quæ ſunt peculiariter ei extra corpus à capite uſq; ad pedes, propriam uoluntatem permixtam habens in illis, & oculis quidem terminum ut recte & confidenter conſpiciatur, nihil ultra peregrinum gerentes. Deinde ut aures audiant in pace, nec oblectẽtur amplius obtrectationẽ ac contumelias ſpirituales audire, ſed potius ut oĩm correctionẽ & miſerationẽ inſeſſurã præ oĩ deſyderent poſſeßiõe. Quoniã in illis ægrotabat prius, deinde rurſus ut linguam propriã doceat ſanctitatem, quoniam huiuſmodi languor inſederat ei dudum, ut quibus ægrotabat ex ipſis ſemper aliquid loqueretur, tradens linguæ promenda organo, ut pote extanti ſibi. Hic ergo languor abundantius magnificatus eſt illi in hoc mẽbro quod eſt lingua. Vnde et Iacobus apoſtolus teſtificatur. Si quis uideatur religioſus eſſe non refrænans propriam linguam, ſemetipſnm fallit, & huius religio uana eſt. Idemq; ibi ait. Et lingua parua pars eſt maculans totum corpus, et alia mul-

ta,quæ non poſſum adijcere cũcta. Quód ſi præualuerit ſenſus ſumere ab ſpiritu,ipſe prius ſanctificabitur,et tandem perſcrutans ſermones, tradet quidem propriæ linguæ,ſed nihil habentes prauum aut animæ uoluntarium, per quæ uerbum Salomonis implebitur dicentis. Mei ſermones dicti ſunt à Deo,nec eſt in illis aliquid prauũ atque perplexum. Idem rurſus in alio loco ait. Lingua ſapientium ſanat,& alia q̃ plurima. Deinde iterum manuum motus intra me ſi erant aliquando motæ in quibus non oportebat,animæ uoluptatibus, ſed nunc ei ſpiritus unus terminat ſenſum,ut in ſanctitate,in orationib. & miſericordijs moueantur,huiuſmodiq; opera perficiant. Quin etiam in his illud eloquij compleatur orationum cauſa prolatum. Eleuatio manuum mearũ ſacrificiũ ueſpertinũ. Idẽ alibi Salomon. Et quia manus fortiũ ditantur. Sicq; poſtmodum ut ipſam eſcam uentris & potum emundet,etiam ſi ad ſacietatem eis utatur. Aut ſi aliquãdo illis animæ uoluptas paululum in deſyderijs fuerit,cõſyderans ꝙ non nulli in ſacietate eſcæ uel potus dæmonibus obtemperarint,de quibus ſpũs ꝑ Dauid ait. Superbo oculo & inſatiabili corde cũ hoc non edebam. Nam & iſti ſi iterum domini inquiſierint ſanctitatem,etiam ſpiritus rurſum terminat eis eadem ſanctimonia,ut moderate & ſufficienter ad ſuſtinendum corpus utantur,& ultra non habeant in eo concupiſcentiam aut uoluptatem. Sicq; eloquium Pauli complebitur dicentis. Siue comme-

ditis ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Deinde & his quæ per cogitationem coitus ſub aluo metitur, rurſus ſenſus ab ſpiritu doctus diſcretionem tribuit motibus eorum in ſupra dictis tribus modis, & innititur ad ſanctificationem, auxiliatorem ſpiritum habens. Extinguitur etiam motus ille per uirtutem ſpiritus pacificantis totum corpus & perimentis totum illum motum. Hoc eſt uero eloquium quod à Paulo prædictum eſt Mortificantes menbra ueſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, concupiſcentiam malam, & quæ deinceps. Sic denuo pedes, qui licet aliquando non erant habentes incolumem greſſum, nec ſecundum deum ambulabant, hos iterum ſenſus qui ſub ſpiritus fuerit uoluntate ad pergendum miniſtrare operibus optimis cogit, ut immutatum corpus fiat ſub ſpiritus poteſtate. Sed æſtimo quód talis habitatio iam acceperit etiam in hæc partem quandam ſpiritualis corporis, quã accepturã erat in reſurrectione iuſtorum. Hæc uero dixi propter animæ ægritudines, quæ uſurpant permixtionem inter naturalia corporis, cum inde anima mouetur in illis, ſectatrix effecta malignorum ſpirituum ut operentur in membris. Sed etiam prædixi q̃ habeat ꝓprie etiam ipſa diſcretionem horum. Nam ſuperbia languor eſt eiuſdem corporis, iactantia, id eſt ægritudo eſt ei extra corpus, Item inflatio odium, inuidia, ira, atq; puſillanimitas, impatientia quoq; ac reliquæ minutiæ horũ

Quód ſi uero crediderit ſe deo ex toto corde, tunc benignus Deus tribuit ei ſpũm pœnitentiæ, & teſtificatur illi, ut de uno quoq; languore pœniteat. Propter quæ aduerſarij prohibent ea tentãtes uſurpare ſibi, nec ſinunt pœniteri. Quæ ſi ſuſtinuerit obediens, hortantem ſe ſpiritũ ad pœnitendũ, creator quoq; illius miſerationis uiſceribus motus ſupra labores eius quibus in egeſtatibus corporeis, id eſt ieiunijs plurimis, in uigilijs, in meditationibus multis, in uerbo Dei, ac præcibus largis, uel in abdicationibus mundanis, in humilitate, in paupertate ſpiritus, in quibus cunctis ſuſtinentem, Deus benignus aſpiciens & conſyderans, & patientiam eius in tentationibus perdurantem miſerans, adiuuauit eam.

EPISTOLA SANCTI ANTONII Abbatis ſecunda, ad Arſenoitas.

ANtonius omnib. dilectiſsimis qui ſunt in Arſenoite & in parochia eius, uel q̃ cum illis in domino ſalutem. Vniuerſos uos paratos abire ad deũ ſaluto in domino chariſsimi à minore uſq; ad maximũ, & à maſcul' uſq; ad fœminas. O filij Iſraëlitæ, ſcd'm ſenſualem ueſtrã extantiã. Vere etenim filioli grãdis uobis in generatione ueſtra ꝑmiſsio, decebat quippe uos ꝑpter eũ q uiſitationem ueſtri fecit, nequaq̃ fatigari certãtes, donec uoſmetipſos offeretis ſacrificiũ deo in oĩ ſanctiõia, ſine q̃ nemo poterit hæreditare deũ. Nã ꝑ certo chariſsimi magnũ eſt uobis iſtud, ut pcõtemini de cog-

nitione ſenſualis extantiæ, in qua non eſt maſculus neq; fœmina, ſed ſubſtantia tantum immortalis exiſtit, habens quidem principium, finem uero nequaquàm, debitumq; uobis erat cognoſcere, et de eo quomodo omnino deciderit in tantam humilitatem, & confuſionem eximiam, quæ pertranſiens in omnibus uobis aduenit. Igitur quando ſubſtantia immortalis exiſtit non conſoluenda corporibus, hanc ob cauſam deus eandem plagam aſpiciens irremediabilem effectam, & quia magnificata eſſet uehementer per ſuam indulgentiam, uiſitationem eorum faciens propter propriam bonitatem poſt aliquantum temporis legem poſuit eis, unde & operatus eſt per Moyſen præbendo legem. Et Moſes quidem fundauit eis ueritatis domum, curare uolens eandem ualidam plagam. Sed perficere nequiuit ædificium domus. Inſuper autem & omnis ſanctorum chorus collectus in unum petijt patris bonitatem de ſalutari noſtro, ut calcaret in terris ꝓ noſtra cunctorũ ſalute. Ipſo utpote extante noſtro magno et fideli pontifice ac medico uero, qui ſolus ſanare poſſet hanc enormem plagam. Vnde et uoluntate patris exinaniuit ſemetipsũ propria gloria, deusq; exiſtens formã ſerui aſſumpſit, tradens ſe propter noſtra peccata. Et delicta quidem noſtra humiliauerunt eum, ſed liuore eius nos omnes ſanati ſumus. Quamobrem dilectiſsimi filioli in domino ſcire uos uolo quòd pro noſtra ſtultitia elegit ſtulta, & pro noſtra infirmitate formam infirmitatis

aſſump-

aſſumpſit, ob quam noſtram pauperiem effectus eſt pauper, & ob noſtram mortem figuram induit mortis. Ergo *quia in his omnibus ſuſtinuit propter nos, uere dico dilectiſſimi in domino, quia non debemus dare ſomnum oculis noſtris, neq; palpebris noſtris dormitationem, poſtulantes ac perurgentes* Dei *patris inæſtimabilem bonitatem usque quo egrediatur nobiſcum, & in hoc requiē habeamus, aduentus* Ieſu *atq; uirtutis, ut obſequamur ſanctis, qui nos excolere feſtinant tempore negligentiæ noſtræ, alacritatem animorum dantes ei, ad iuuandum nos in tempore tribulationis noſtræ.* Tunc *enim ſeminans pariter cum metente gaudebit.* Noſſe *etiam uos cupio filioli quàm plurimum dolorem meum, quem habeo pro uobis aſpiciens grandem illam confuſionem quæ ſuper uniuerſos aduenit, & conſiderans multum illum laborem ſanctorum omnium atq; gemitum, quem emittūt pro uobis ſemper ad deum, cernentes laborem proprij conditoris, oēsq; malicias paruipendētes, nec non & decipulas dyaboli, & angelorum eius inſidiantiū, iuges ad perditionem noſtram.* Quoniam *etenim portio eorū in infernum habet ire, idcirco & illi uolunt noſtrum quoq; ſtudium unâ ſecum attrahere.* Vere *igitur chariſſimi in domino ſicut prudentibus loquor, ut cognoſcatis cunctas opificis noſtri diſpenſationes, pro nobis factas, quæ et uiſitationem noſtri faciunt per manifeſta & occulta præconia.* Nos *ſumus rationabiles nuncupati, ſed gerimus ir-*

rationabilem ſenſum dum ignoramus occultas calliditates, & artes diaboli multiformes, quæ ſint, qualeſq; noſcantur. Quando enim compererint conari nos confuſionem noſtram cognoſcere, & quòd quæramus modum efficatiæ illorum, operantes in nobis, & non tantum ut nõ obediamus malitijs eorum, aut hortamentis quæ diſſeminant in cordibus noſtris, ſed & nequam plurimi noſtrorum, profiteantur ſtudia eorum, ipſi quoq; cognoſcentes indulgentiam conditoris ꝙ mors his fiat in terris, illis uero ſit præparatum hæreditare gehennam propter negligentiam ſuam. Scire autem uos uolo filioli quòd non deſino obſecrans pro uobis Deum nocte ac die, ut ipſe aperiat oculos cordis ueſtri ad prouidendum crebrius occultam malignitatem illorum, quam per ſingula ſupra nos effundunt in iſto nunc tempore. Quæſo etiam ut cõcedat uobis ſcientiæ cor, ac diſcretionis ſpiritum præſtet, ut poßitis offerre proprium cor, hoſtiam ſanctam in conſpectu patris in multa ſanctitate, & ſine querela. Vere.n. filioli inuident nobis per omnem horam in ſuo maligno cõcilio & perſecutione ꝗ plurima, & malitia ſua, nec non & ſpiritibus erroris ſiue cogitationibus blaſphemis, infidelitatibus noſtris quoq; quæ ſeminantur ab ipſis in cordib. ac dolorib. multis, quæ irrogant nobis per omnem horam, animi etiam defectionibus, in quibus per ſingula labefacere animum non deſiſtunt, in uniuerſis quoq; iracundijs ſuis & obtrectationibus quas docent

nos habere, & aduerſus alterutrum, & ut iuſtificemus noſmetipſos in his quæ facimus, et condemnationem quæ ſeminatur ab ipſis in mentibus noſtris etiam cum exiſtimus ſingulares, cumq; faciunt nos proximum iudicare, nec tamen ipſo extante nobiſcum, præſumptionibus ſiquidem quas ingerunt cordibus noſtris, in ſuperbia duri cordis extantes & inuicem ſpernentes, amaritudinem habentes, omni hora uituperantes alterutrum, & non nos metipſos, opinantes laborem noſtrum, & propria conſtare uirtute, iudices exiſtentes manifeſtorum, totum intra domum noſtram mutante latrone, & in iurgijs at que ſimultatibus aduerſumq; alterutrũ affectibus, donec ſermonem proprium conſtare faciamus, ut pareamus in conſpectu noſtro iuſtificati animoſitatem nobis præbentes ac facientes ſtudia, quæ tamen impoßibile eſt geri. Intempeſtiue enim facientes nos reſolui, ob id quod ſumus ex illo, quod emolumenti eſt uobis. Propter quæ ridere nos faciunt tempore fletus, & flere in tempore riſus. Et ut ſemel atq; ſimpliciter dixerim, tranſponunt ſemper à recta uia in alijs quàm plurimis erroribus, per omnia noſipſos ſibimet in famulos redegerunt, quorum tempus non eſt in propatulo fieri modo. Cumque uero his omnibus corda noſtra repleuerint, & inebriati fuerimus illis, tunc indulget Deus quàm diu gerit malitia noſtra, ac de reliquo uiſitationẽ noſtri faciens reſolutione grauißimi corporis huius relin-

quentibus illud, tunc maligna opera quæ gerebamus male, reuelat nobis in corpore pœnæ expoſito, quòd induti fuerimus per indulgentiam conditoris. Tunc etiam fiunt nouiſsima noſtra peiora prioribus. Propter quod nolite affligi obſecrantes benignitatẽ patris, ut ſemper poſsitis habere uobiſcum adiutorium eius, doceatq; uos cognitionem ſui qui ſe bene habet. Vere etenim dico uobis nati mei, quia uas iſtud in quo ſumus inhabitantes, in perditionem nobis exiſtit, & domus eſt plena bellis. Pro certo filioli dico uobis, quòd omnis homo illectus in uoluptatib9 ſuis, & proſtratus à cogitationibus proprijs, complexus que à maligno, ſemianuit in corde, qui congaudet eis & recepit ſenſu ueluti magna exiſtentia ſacramenta in eo quod agit, iuſtificans ſemetipſum, huiuſmodi anima coexiſtit malignis ſpiritib. conſiliatrix in malum, corpus quoque illius cuſtodia eſt horrendorum arcanorum quæ occultat in ſemetipſo. Præualebunt autem aduerſus huiuſmodi, quoniam non traduxit eos coram omnibus. At nunquid & ipſi neſcitis, quòd non huiuſmodi capturas habeant? quas nos cognoſcentes proculdubio fugiamus. Cæterum & ſi quæſieris non inueneris peccatum eorũ, nec iniquitatem corporaliter manifeſtam. Corpus enim eſt animæ recipiens malignitatem eorum, quam cum ſuſceperit, tunc ſi uelit in ꝑpatulo punit per corpus iſtud in quo ſumus inhabitantes. Nunc itaq; filioli non demus

ci locum ullum, alioquin nobiſmet dei excitabimus iram & illi permiſcentur in domibus noſtris irridentes nos, quoniam hoc nouerunt quod perditionis eſt noſtræ, quæ tamen & ipſa de proximo conſiſtit, ſicuti & uita de ꝓpe. Quis.n.unq̃ deum aſpexit ut uidens congauderet ei, de re tanta apud ſemetipſum, ne forte aufugeret eũ, ſed ut adiudicaret, etiam ueluti habitanti in hoc pondere tãto? aut quis aliquando aſpexit dyabolum oppugnantem nos, & prohibentem beneficia adipiſci, aduerſantem nobis & ſtantem in loco corporali ſecreto, ut præuidẽs fugeret ab ipſo? Sed illi quidem habitant in occulto, nos autem propalamus eos per ſtudia meliora. Quoniam igitur ex uno creatore ſunt omnes ſecundũ ſenſualem extãtiam eorum, in fugiendo uero eos à deo & multa diuerſitas eſt, in illis effecta ob diuerſas opationes ipſorum, id circo autem omnia hæc nomina adiecta ſunt iſtis, propter uniuſcuiusq; eorum opationem, ideo & nunc quidam ipſorum uocantur archangeli, alij ſedes & dominationes & poteſtates, & Cherubim, Hæc autem eis nomina ſunt addita pro eo ꝙ conditoris proprij cuſtodierunt uoluntatem. Item ob crimen aliorum motum neceſſario fuit nominari etiam iſtos propter malignas adinuentiones ipſorum diabolum & Sathanam. Porro alij nuncupati ſunt dæmones ſpirituſq; maligni, etiam immundi, flatus erroris, princeps quoq; ſæculi huius. Aliæq; complures in eis aduerſitates exiſtunt. Rurſum uero & in ijs qui ob

uiauerũt illis in grauiſsimo corpore iſto, in quo & ſumꝰ inhabitantes, & ipſi etiã nuncupati ſunt. Quidã quidẽ Patriarchæ, alij uero Prophetæ & reges ac ſacerdotes, non nulli iudices & apoſtoli, atq; alij multi electi effecti propter egregium motum ſuum. Vniuerſa autem hæc nomina adſcita ſunt eis ſiue maſculi, ſiue fœminæ ob diuerſitates operationis eorum, & iuxta principatum ipſorum, quia ex uno ſunt omnes. Propterea ergo quicumq; in pxoximũ peccauerit in ſemetipſum delinquit. Qui & male fecerit proximo, ſemetipſum efficit malum. Itidem qui bene fecerit proximo ſibimet hoc facit. Si uero quis erit qui aliquando peccare potuerit in Deum, uel quis eſt qui eum unquàm reficere queat? Quis uero erat qui ei miniſtrauerit aliquando, aut quis benedicat eum unquàm, ut opus habeat benedictione eius? Quis enim potuit honorare illũ ut ipſe honorandus exiſtit, uel quis eſt qui ualeat exaltare eum ſicut excelſus habetur? Quamobrem dum ſumus ueſtiti grauiſsimo corpore iſto, alieno inuitamento ſuſcitemus deum in nobis, ut hoc agentes commendemus illam circa nos bonorum uiſcerum eſſentiam. Non autem ſimus noſmetipſos amantes. Si uero, illorum inconſtantis portionis erimus. Nam qui cognouerit ſemetipſum uniuerſos cognouit. Ideo & ſcriptum eſt. Qui uocauit ex nihilo ut eſſent cuncta. Hoc autem dicentes ſignificant de ſenſuali natura quæ occulta eſt in hoc corruptibili corpore, extante

in principio increpanda ab eo. Aut qui potuerit diligere ſemetipſum, nihilo minus diliget omnes. Chariſsimi filioli mei quæſo uos ut nõ laboretis neq; fatigemini inuicẽ diligentes, ſed tollite corpus quod eſtis induti, facite illđ altare, ſuperponite deſuper omnem deliberationem ueſtram, omnemq; malignum inſtructum relinquite in cõſpectu domini. Extollite manus cordis ueſtri ad eum, id eſt ſenſus agendorum, & precamini deum ut donet uobis illum inuiſibilẽ & magnum ignem qui deſcendẽs cœlitus comedat altare & omnia quæ in eo, uniuerſiq; ſacerdotes Baalim, qui quidem exiſtunt operationes aduerſæ, timeant fugientes à facie ueſtra, quemadmodũ Heliæ prophetæ. Tunc demum uidebitis ueſtigium hominis in mari adducens ſpecialem imbrem quod eſt paracleti ſpũs conſolatio. Dilectiſsimi mei nati in domino filij Iſrahëlitæ ſanctiſsimi, non opus eſt beatificari corporũ noſtrorũ uocabula tranſitura, nec. n. ignoratis charitatem quã hẽo in uobis, qa non eſt caritas corporalis, ſed ſpũalis & amans deũ. Dilecti in hoc et repleor, ꝙ beatitudo uobis facta ſit in tẽpore iſto. Sermo igitur uobis exiſtat iudex, ac nõ æſtimetis pfectũ ueſtrũ inſtitutũ. Qđ eſt ergo obſequiũ dei ueſtrã tantũ opationẽ exiſtere? Sed ẽ uirtꝰ quædã coopans uobis. Certãtes itaq; uoſipſos offerre hoſtiã deo cõtinue prebete coopãti uobis uirtuti et requiẽ Chrĩ Ieſu. Quoniã unita ẽ uniuerſo ſctõrũ choro, ſed et mihi deterrimo hĩtãti ĩ hac lutea et tenebroſa domo. Quã

enim ob cauſam diſſererem uobis, niſi ut requiem exhi-berem? Vnde & obſecro ut qa omnes creati ſumus unius ſubſtantiæ inuiſibilis & initium ſine fine, unice diligamus alterutrum, quotquot. n. cognouerint ſemetipſos cogno-ſcent q, unius ſubſtantiæ immortalis exiſtant. Scire quoque uos uolo q, Ieſus Chriſtus dominus noſter ipſe pa-tris uerus eſt ſenſus, in quo omnis plenitudo totius natu-ræ rationabilis effecta eſt, eorum maxime qui ſunt ima-ginis eius conformes effecti, caput totius creaturæ et cor pus eccleſiæ. Nam & idcirco nos omnes menbra ſumus in alterutrum & corpus Chriſti. Nec poteſt dicere ca-put pedibus, non uos habeo opus, ſed ſi patitur unū mem brum, totum corpus mouetur cum eo & patitur. Aliena torum uero membrorum corporisq; propria nō ſunt ca piti ſociata, ſed fœditati dedita, propter proprias libidi-num paßiones irremediabilis eorum effecta eſt plaga, qa obliuionē acceperunt principij atq; finis. In quo et crea turarum genitor, uiſceribus motus pro plaga noſtra quæ ſanari non poterat, niſi per ſolam ipſius bonitatem, miſit unigenitum nobis, ut per ſeruitutem noſtram, ſeruitutis aſſumeret formam, traderetq; ſe pro peccatis noſtris. Et peccata, quidem noſtra humiliauerunt eum, ſed liuore eius nos omnes ſanati ſumus. Hic congrega-uit nos ex omnibus regionibus, uſque quo reſurrecti onem cordium noſtrorum de terra faceret, docens cun ctos nos unius eē ſubſtantiæ, & membra in alterutrum.

Propterea debemus diligere uehementer, quia quicunq; dilexerit proximum diliget animam propriam. Et hic ſermo manifeſtus ſit uobis chariſſimi nati in domino filij Iſraelitæ ſancti, qui paraſtis uoſmetipſos ad deum ire, offerre uoſmetipſos hoſtiã deo in omni ſanctitate, quoniã nec poteſt hæreditatem capere quiſpiam ſine ſanctitate Aut nunquid ignoratis dilectiſſimi ꝙ aduerſarij uirtutis, ueritati ſemper inſidiantur. Et idcirco chariſſimi, obſeruate, ne detis oculis ſomnum, aut dormitationẽ palpebris, proclamantes ad proprium conditorẽ die ac nocte, ſi forte regrediatur uobis adiutoriũ ab excelſo, quo protegente ſint corda ueſtra & cogitationes in Chriſto. Nam uere ò filioli in domo ſumus latronis inhabitãtes, & in uinculis mortis extamus uincti. Pro certo etiam dico uobis quòd noſtra negligentia & humiliatio, extranea commotio, non nobis ſolis eſt detrimento, ſed angelis labor exiſtit, & omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, quia nõ dum uſq; requieuerunt propter nos. Vere nati mei hæc noſtra humiliatio illis omnibus triſtitia eſt. Sicut iterum ſalus & gloriatio noſtra lætificationem eis ac requiem omnibus præbet. Vt autem cognoſcatis quia benignitas patris non ceſſat à quo motio facta eſt, beneficijs fulciens ſemper uſq; in hodiernum diem, ut obnoxios faceret nos proprie morti, quoniam in noſtra ſumus poteſtate creati, unde & illi poſtulant pro nobis ſemp. Sed ſcriptum eſt, Immittit ſe angelus domini in circuitu

timentium eũ, et liberabit eos. Ergo filioli ſcire uos uolo ex quo factus mundus uſq; nunc uniuerſa q̃cũq; extra uirtutẽ fuerũt cõpleta malitia ipſorũ, et ipſi cognoſcunt inter filios eſſe diaboli reputatos, ꝑpterea ꝙ conantur unicuiq; noſtrum ingerere ꝓpriã uoluntatẽ. Nã ꝓ certo eſt ꝙ cum ſe nouerit diabolus ꝑ ſuperbiã et inanẽ gloriã cœlitus fuiſſe deiectũ, ideo et illi eos qui ꝑuenerint in magna mẽſura agrediũtur, in primis artifices exiſtẽtes ꝑ ſuꝑbiã et inanẽ gloriã, ut ſint aduerſũ ſe alterutrũ, ſciẽtes ꝙ ꝑ iſta ſegregẽt nos à Deo. Et q̃a nouerunt ꝙ qui dilexerint ꝓximũ diligãt Deũ, ideo et illi cũ ſint uirtutis inimici ꝑ priũ ſeminãt fomitẽ ſimulationũ in corde noſtro, ut poſſideamꝰ inimicitiã magnã aduerſus alterutrũ, ne uel de lõge proximo colloquamur. In totũ uere filioli uolo uos etiã iſtud cognoſcere, eſſe q̃plurimos q ſuſtinuerĩt maximũ certamẽ in conuerſatione sãctiſſima, ſed indiſcretio ĩterfecit eos. Vere filioli, q̃a nõ eſt tãtũ mirãdũ ſi negligatis uoſmetipſos, quãtum ſi non diſcernẽtes ꝓpriũ opꝰ, incidatis in mẽſura diaboli, arbitrãtes ꝙ iã uicini dei ſitis effecti, & expectantes fortẽ lucẽ, tenebris occupemini. Quid.n. omnino fuerat opus ut præcingẽs ſe Ieſus linteo ac ponẽs peluim inferiorũ ſibi lauaret pedes? Sed exẽplũ iſtud effecit, ſignificãs de conuerſuris ad proprium illud ſupernumq; principiũ. Initium quippe motus ſuꝑbia exiſtit, quæ facta eſt in primis. Et ne ſi rurſus poſt multa cõſiſtẽs in corde tuo, & in tota aĩa tua, & in toto ſpiritu

tuo, in tota etiam anima & in corpore toto non poteris hæreditarie capere regnum Dei. Vere filioli mei in domino quæſo creatorem meum die ac nocte, à quo & habeo ſpiritum commendatum, ut aperiat oculos cordis ueſtri ad cognoſcendam dilectionē noſtram à uobis, quam habeo erga uos, & ut pateſiant auditus animæ ueſtræ ad conſpiciendam confuſionem propriam. Quisquis etenim cognouerit dedecus ſuum, hic demum requiret & electam gloriam ſuam. Et quicunq; cognouerit propriam mortem, iſte iterum cognoſcet etiam ſuam æternam uitam. Quaſi prudentibus loquor uere filioli, quia timeo ne forte fames nos comprehendat in uia, & in loco quo poteramus diuites fieri ſi uelimus. Volebam autem uidere uos ad faciem in corpore, ſed iam expecto tempus quod eſt prope, in quo poſſimus ex ipſo nos contuitu alterutrum peruidere, cum aufugerit dolor, triſtitia, ac gemitus, cumq; ſuper caput exultatio extiterit uniuerſorū. Erāt et alia multa q̄ uelim dicere, ſed ſi dedero occaſionē ſapiēti, ſapiētior erit. Saluto omnes deſideratiſſimos meos natos in domino per nomen.

EPISTOLA TERTIA BEATI ANtonij Abbatis.

SCitis gratiā domini noſtri Ieſu Chriſti, quòd propter nos paup factus eſt, cum diues eſſet ut nos pauptate illi9 ditaremur, ſeruit9 autē illius liberauit nos, & infirmitas eius conſtituit ualidos.

Stulticia illius nos ſapientes effecit. Si tamen iterũ per mortem propriam reſurrectionem faciat noſtram, ut in hac poſſimus uocem magnam eleuare dicentes. Tametſi nouimus ſecundũ carnem. Sed creatura eſt in Chriſto noua. Vere chariſſimi in domino dico uobis quòd iuxta minutias uerbi libertatis in qua cuncti liberi ſumus effecti, alia habeo multa quæ dicam uobis, ſed non eſt horum tempus dicendi modo. Saluto interim uos omnes chariſſimi mei nati in domino, filij Iſrabelitæ ſancti ſecundum ueſtram ſenſualem extantiam. Vere inquam decebat uobis quaſi propinquantibus proprio conditori ad inquirendam ſalutem animarum ueſtrarum per teſtamẽtariã legem, licet propter multitudinem malitiæ & malignitatis diſtinctionem ac libidinum uoluntates refrixerit teſtamentaria illa lex, animæq; ueſtræ ſenſus officio obierint, et idcirco nequaquã potueritis animaduertere ſenſualem et glorioſam eſſentiam propter mortem qua corruerunt. Ideoq; ſcriptum eſt in ſcriptura diuina, quòd ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto oẽs uiuicabuntur. Ergo iſte eſt uita totius rationabilis naturæ creatæ in ipſo ſecundum effigiem imaginis eius. Ipſe etiam exiſtit ſenſus uerus patris. Sed imago quidem genitoris inuerſabilis eſt quæ aſſumpta eſt, præter illã uobis accidit malitia. In qua & uniuerſi mortui ſumus.
Extra naturam, ſiquidem eſt ſubſtãtiæ ſenſualis in Deo. Ergo omnibus inquit extra naturam eſt. Acquiſiuimus

domum tenebroſam ac prælijs plenam. Et in hoc teſtifi-
camur uobis q̄ totius uigoris ſcientia deficit à nobis. Ob
quam etiam cauſam aſpiciens genitor noſter Deus infir
mitatem noſtram q̄ impoſſibiles ſimus effecti geſtare
ueritatem, ex quo huius rei gratia bonitate propria ue-
nit uiſitationem facere creaturarum ſuarum per mini-
ſterium ſanctorum. Obſecro uos uniuerſos in domino
chariſſimi, ut intelligatis quæ ſcribo uobis. Quia non di
lectionem corporalem habeo in uos, ſed charitatem
ſpiritus culturæ Dei. Præparate uoſmetipſos ad condi-
torem ueſtrum ire. Scindite corda uera & non ueſti-
menta ueſtra. Et ſcitote quid poſſimus reſtituere domi-
no pro cunctis donationibus quæ dedit nobis, Cuiq; &
uſq; et hic in iſta habitatione memoriam noſtri facit pro
pter immenſam bonitatem ſuam & infinitam dilectionē
non faciens nobis ſecundum peccata noſtra. Qui & ſolē
uſq; fecit miniſtrare nobis in tenebroſa domo. Lunā quo
que ac ſidera cuncta iubens deſeruire uanitati perituræ
propter corporum conſtabilitionem. Aliaſq; uirtutes
multas nobis miniſtrare præfecit. Quas neque uidimus
corporis oculo. Quid ergo dicemus? quaſi in aliquo bo-
ni fraudemur ab eo quod ipſe non fecerit nobis? Nunq̄d
patriarchæ non paſſi ſunt pro nobis, aut ſacerdotes non
docuerunt nos? Nunquid prophetæ pro nobis mortui
non ſunt; Aut apoſtoli perſecutionem non ſuſtinuerunt
pro nobis? Nunqnid filius dei dilectus non pro nobis om

nibus mortuus eſt? Ob quæ uniuerſa debemus & ipſi properare ad pergendum in omni ſanctitate ad proprium conditorem, qui cernens creaturam non poſſe curare plagam, quæ facta fuerat Iudæis, proprijs uidelicet membris, pater ipſe creaturarum ſciens infirmitatē ſenſus eorū eſt motus uiſceribus circa eos, & ſecundum multam dilectionem ſuam non pepercit unigenito filio ſuo, ſed ob noſtram omnium ſalutem tradidit eum & propter noſtra peccata. Et iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum, liuore autem eius nos omnes ſanati ſumus. Hic congregauit nos ex omnibus regionibus uerbo uirtutis ſuæ, donec illam ſenſus noſtri reſurrectionem effecerit, docens nos alterutrum exiſtere membra. Docet idcirco uniuerſis nobis properantibus ad proprium conditorem exercere habitudines noſtras ac ſenſus officia ad agnoſcendam dignitatem, boni maliq; diſcrimē, ut ſciatis omnes illas Ieſu diſpenſationes, quas in proprio dedit affectu, ſimilis nobis factus per omnia excepto peccato. Propter uero multam malitiam noſtram diſtrictionemq; malitiæ & grauedinem inconſtantiæ noſtræ factus eſt aduentus eius quibuſdam quidem ſtultitia, alijs uero ſcādalum, alteri parti emolumētum, itēq; alij ſapientia & uirtus, porro alij reſurrectio & uita. Hoc quoq; manifeſtū ſit uobis, q̄ aduētus illius factus ſit omni mundo iudicium. Ecce enim (ait) ueniunt dies dicit dn̄s, & omnes ſcient me à minimo uſq; ad maximum eorū, et au-

ditum faciã uſq; ad extremũ terræ, ut omne os obſtruatur, & ſubditus fiat oĩs mundus Deo. Quia cum cognouiſſent deum, non ut creatorem proprium glorificauerunt. Et id propter uæcordiam ſuam, per quã nec potuerunt capere ſapientiã eius. Sed unuſquiſq; noſtrũ uendidit ſemetipſum proprijs uoluptatibus in mala, et ipſis ſeruus adict9 eſt. Ob quæ ipſe Ieſus exinaniuit ſemetipſum à gloria, formã ſerui accipiẽs, ut illius ſeruitus nos liberaret. Stulti fuimus, et in ſtultitia noſtra facinus geſſimus. Aſſumpſit ille habitus ſtulticiæ, ut nos faceret ſapientes. Inopes eramus, et in pauptate noſtra oĩs defecerat uigor à nobis. Itẽ ille ob hæc aſſumpſit inopiæ formã, ut paupertate ſua nos in omni ſapiẽtia et intellectu ditaret. Non ſolũ autẽ hæc, ſed inſup & infirmitatis noſtræ figurã aſſũpſit, ut ꝓpria infirmitate nos robuſtos efficeret, obediẽs factus patri in omnibus uſq; ad mortem, mortẽ autẽ crucis, ut in ſua morte & humilitate illam cunctorum reſurrectionem efficeret, cumq; deſtrueret qui mortis habebat imperium, hoc eſt diabolum. Igitur ſi pro certo liberabimus noſmetipſos in eius aduentum, profecto inueniemur diſcipuli Ieſu, & diuinæ hæreditatis inſtituemur hæredes Chariſſimi in domino turbor uehementer & moueor in ſpiritu meo, quòd nominibus amicti ſumus, & cunctorum ſchemata baiulamus in conſpectu infidelium gloriantes. Sed metuo ne illud Pauli oraculum impleatur in nobis, quo ait. Habentes formam

Pietatis,uirtutem autem eius negantes, De charitate ue-
ro quam habeo in uos,oro pro uobis ad deum ut conſide
retis uitam ueſtram,& hæreditate capiatis ea quæ non
uidentur. Nam uerum filioli eſt quòd etiam ſi demus
noſipſos ex tota uirtute inquirere deum,nec ſic quidē
condigna gratia erit. Id enim inquirimus, quod noſtrū
exiſtit,& quod naturale eſt ſubſtantiæ noſtræ. Vere
etiam chariſſimi in domino qui in omni ſanctitate parà-
ſtis uoſmetipſos offerre hoſtiam Deo,quia nihil de ijs q̃
expediebant celabimus uobis,ſed perſpicua facientes te-
ſtificabimus ea,q̄ aduerſarij uirtutis ſubripiūt ueritati.
Hoc quoq; cognoſcite ſcientes,q̄ hic qui ſecundum car-
nem eſt,ſemper inſectetur eum qui ſecundum ſpiritū,&
quòd omnis q uoluerit pie uiuere in Chriſto,perſecutio
nem patitur. Propter qd' Ieſus cognoſcens tribulatiões
omnes ac temptamenta ueniens in mundo ad apoſtolos,
& ſciens q̄ per patientiam ſuam reſolueret uniuerſam
inimici uirtutem,id eſt idololatriam, cõſolabatur dicēs.
Vos tribulationem habebitis in mundo, ſed conſtantes
eſtote,quia ego uici mundum. Docebatq; eos dicens, No
lite timere mundum,quia omnes afflictiones mundi con-
dignæ non ſunt ad eam quæ expectatur gloriam. Nam
ſi eos qui ante uos fuerunt prophetas inſecuti ſunt , &
uos perſequentur,& ſi me oderunt,& uos oderint.
Sed confidentes eſtote,quia ueſtra ſapientia ſoluetis om-
nem inimici uirtutem. De minutia uero uerbi libertatis

in qua

in qua liberati ſumus, habeo alia multa dicere uobis, ſed ſi dedero occaſionem ſapienti, ſapientior erit. Opus tamen habemus conſolari inuicem exiguis quibusque ſermonibus, Quod ſi uere perſpexerit mens, iam nequaquàm egebit loquelæ corporalis mendacio. Gaudeo autem in omnibus uobis dilecti in domino uiri Iſraëlitæ ſancti ſecundum propriam ſenſualem extantiam. Quia primum quidem decebat rationabilem uirum cognoſcere ſemetipſum, deinde ut cognoſcat ea quæ ſunt dei, & uniuerſas ipſius gratias, quaſcumq; ſemper cũ eo facit. Ac deinceps nouerit, quòd omne peccatum, & totum quicquid queruloſum exiſtit, extra naturam eſt ſenſualis extantiæ. Deniq; uidens conditor noſter nos hæc extra naturã poßidere arbitrio liberali in quo hic moriebamur, horum cauſa uiſceribus pro nobis motus propria bonitate uoluit conuertere nos ad illud ſine fine principiũ, uiſitationem fecit creaturarum non parcens ſibimetipſi ob noſtram uniuerſorum ſalutem. Tradidit quippe ſe ꝑ peccatis noſtris, & iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum, ſed liuore eius nos omnes ſanati ſumus. Verbo etiam uirtutis ſuæ congregauit nos ex omnib. regionibus ad extremum terræ usq; ad ultimum orbis, docens quòd eſſemus alterutrum membra. Quamobrem ſi pro certo parauimus noſmetipſos liberos facere in eius aduẽtu, ſcrutetur ſemetipſum rationabilis homo quid nã poßit retribuere Deo pro cunctis donis quæ fecit in no-

bis. Vnde & ego quoq; deterrimus qui hanc deſcripſi epiſtolam, expergefactus à dormitione mortis, plurimũ illud temporis quod mihi fuit ſuper terram, factum exiſtimo luctum & fletum, lugens quid nam poſſum retribuere domino pro omnibus quæ fecit mihi. In nullo enim fruſtrati ſumus eorum quæ non perfecerit nobis in humilitate noſtra. Angelos etenim ſuos nobis miniſtrare fecit, ꝓphetasq; ꝓprios uaticinari præcepit. Apoſtolos etiam ſuos nobis euangelizare iußit. Inſuper uero illud omniũ inſigne eſt perceptorum, quòd unigenitum ſuum formã ſerui fecit aſſumere pro nobis. Obſecro itaq; charißimi in domino uos, qui ſanctorũ exiſtititis cohæredes, ut excitare uelitis proprias mentes in timore Dei. Sermo.n. nobis iſte ſit manifeſtus, quòd Ioannes quidem præcurſor Ieſu baptizauerit in remißionem peccatorum propter nos; ſpiritu autem ſanctificati fuerimus in Chriſto. Præparemus noſipſos nunc in omni ſanctitate ad purgandam ſenſualem mentem noſtram, ut ſimus mundi in baptiſmate Ieſu ad offerendum noſmetipſos hoſtiã deo. Hic uero paracletus ſpiritus qui conſolatur nos, conuertit rurſus ad pricipiũ noſtrum ad recupãdas hæreditates proprias, & magiſteria eiuſdem ſpiritus conſolantis. Huius rei gratia quotquot in Chriſto baptizati ſunt, Chriſtum induti ſunt. Nec eſt maſculus aut fœmina. Nõ eſt ſeruus aut liber. Omnis etiam lingua corporum deſtruitur apud illos, accipientibus eis doctrinam ſancti

ſpiritus in tempore quo ſument hæreditatem ſanctam, & adorabunt patrem ſicut oportet in ſpiritu & ueritate. Manifeſtus ſiquidem ſit uobis ſermo iſte, ne expectare uelitis iudicium futurum in illa præſentia Ieſu. Iam etenim aduentus illius omnibus nobis iudicium extitit. Scitote etiam ꝙ omnes in ſe geſtantes ſpiritum. Recipiantur & ueſtiantur ueſtimento illo quo ſumus exuti, iuxta ſenſualem noſtram extantiam. Nam & ſæpe fit uox ueniens ſemper à Deo patre ad omnes illos qui in ſe ipſum gerunt, dicens eis. Conſolamini conſolamini populum meum dicit dominus, & ſacerdotes loquimini in corde Hieruſalem. Deus quippe uiſitationem continuo fecit creaturarum ſuarum, manifeſtans propriam bonitatem. Et uere chariſſimi ſecundum minutias uerbi libertatis in qua liberati ſumus, ſunt & alia q̃ plurima quæ dicantur uobis. Sed ſi dedero occaſionem ſapienti, ſapiētior erit. Deus autem pacis det uobis gratiam diſcretionis, ut cognoſcatis quæcūq; ſcribo uobis, quòd mandatū ſit domini. Cuſtodiat uos idem totius graciæ Deus ſanctos in domino uſq; ad nouiſſimum flamen. Oro autem Deum ſemper pro omnium ueſtrum ſalute in Domino dilectiſſimi. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus uobis.

Amē.

EPISTOLA QVARTA SANcti Antonij Abbatis,

CHariſsimis & honrabilibus in domino ſalutem. Vere dilectiſsimi in domino, quia non in uno tempore tantum uiſitationem facit deus creaturarum ſuarum, ſed à conſtitutione mũdi quotquot uenerint ad opificem Deum per teſtamentariam legem ijs coadeſt Deus ſingulis in ſimplicitate ſecundum gratiam per ſpiritum ſuum. De rationabilibus autem naturis in quibus illud teſtamentarium refriguit, & officia animorum illorum mortificata ſunt, ita ut ultra non inquirant cognoſcere ſemetipſas ſecundum ſuam priorem conditionem. Aliæ irrationabiles omnino effectæ, ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori. Idem uero conditor, propria bonitate noſtri uiſitationem effecit per teſtamentariam legem, quoniam ſubſtantia immortalis exiſtit. Quotquot igitur digni habiti ſunt gratia, & cõcreuerunt per ſuam cardinalem legem, edocti ſunt per ſpiritum ſanctũ accipientes filiorum adoptionis ſpiritum, hi etiam præualuerunt adorare conditorem proprium ſicut oportet. De quibus & Paulus ait, quia non perceperint repromiſsiones propter nos. In ſua uero impartibili dilectione uolens ipſe cunctorum Deus uiſitationem facere refrigidationis noſtræ ac diſpenſationis, excitauit Moyſen doctorem legis, qui daret nobis legem in litera. Et fundauit ipſe nobis ueritatis domum quæ eſt eccleſia

catholica, quam creauit uolens conuertere Deus ad primum initium. Et quia Moyſes quidem ædificauit ut præcedens, idcirco non timebimus aſſerere eundem latorem legis unum eſſe ex præcurſoribus. Et quia ſpiritus qui fuerit cum Moyſe idem ſit operatus & in choro ſanctorum, omnesq; petierunt de unigenito Dei. Item Ioannes unus de præcurſorib. extat, et ideo lex atq; prophetæ uſque ad Ioannē. Regnum cœlorū uim patitur, & uiolenti diripiunt illud. Præuidentes autem ij qui ſpiritu ferebantur, ꝙ nulla creatura poßit curare illam grandißimam plagā, niſi ſola beatitudo dei, qui eſt unigenitus eiꝰ, quemq; & deſtinauit ſalutem totius orbis, qui & eſt medicus magnus potens curare ingentem plagā ſua bonitate, pater creaturarum nō pepercit unigenito ꝑpter nos, eum pro noſtra uniuerſorum ſalute tradens pro peccatis noſtris & pro iniquitatib. Et ipſe quidē ſemetipſum humiliauit, ſed illius liuore nos omnes ſanati ſumus, uerboq; uirtutis ſuæ congregauit nos ex omnib. regionib. ab extremo terræ usq; ad ultimum orbis faciens reſurrectionem cordiū noſtrorū à terra, docuitq; nos alterutrum exiſtere membra. Obſecro ergo uos charißimi in domino ut intelligatis ſcripta, q̄ dei mandata ſunt. Magnum quippe nobis eſt hoc, ut aduertamus mentē ad formā quā aſſumpſit Ieſus propter nos, eo ꝙ per omnia nobis ſimilis fuerit excepto peccato. Decet etiam ut et nosipſi liberemus ipſos nos in eius aduentū, & illius ſtulticia nos ſa-

pientes efficiat, paupertas ipſius ditet, & infirmitas ro-
buſtos oſtendat, & ut ipſe omnium reſurrectio fiat, de-
ſtruens eum qui mortis habet imperium. Tunc enim ceſ-
ſ.b.mꝰ opus habere ſecundũ carnẽ in Ieſu aduentu. Nãq;
Ieſus cooperatur nobis in bono ſeruitio uſq; quo deſtrua
mus malitiam omnem. Tunc quoq; dicet nobis Ieſus, Iam
non uocabo uos ſeruos ſed fratres. Quãdo igitur ſic eos
uocauit Deus ut acciperent ſpiritum filiorum adoptio-
nis, tunc & ſpiritus ſanctus docuit eos adorare patrem
ſicut oportebat. Vnde & mihi quoq; deterrimo iun
cto Ieſu tempus iſtud in quo aduenimus factum eſt læti
ficatio, & luctus, & fletus, Quoniã & multi de genere
noſtro induerunt indumenta pietatis, uirtutẽ uero nega
uerunt. Quamobrẽ & ego in his quidẽ lætificor ꝗ præ-
parauerunt ſemetipſos liberare in aduentu Ieſu, in illis
uero lugeo, qui interpellant nomẽ Ieſu, & faciunt uolun
tates cordis & carnis. Necnon & eos defleo qui intu-
entes longitudinem temporis puſillanimes effecti ſunt,
& ſpoliauerunt ſe pietatis amictu facti ſicut beſtiæ. Ag-
noſcãt uero huiuſmodi dicentes, Quia iã non uocabo uos
ſeruos ſed amicos & frẽs. Quia quæcũq; nota fecit mi
hi pater manifeſtaui uobis. Confitentes igitur mente ꝗ
agnouerunt ſemetipſum ſecundum ſenſualem ſuam ſub-
ſtantiam dederunt uocem dicentes. Quia & ſi cogno-
uimus te aliquando ſecundum carnem, ſed nunc iam nõ
nouimus. Quique accipientes filiorum adoptionis
ſpiritum exclamauerunt dicentes. Non enim accepimus

ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepimus ſpiritum adoptionis in quo clamamus Abba pater. Nunc ergo Deus cognouimus quæcunquæ donaſti nobis, & ſcimus quoniam filij ſumus & hæredes erimus. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Manifeſtus igitur ſit uobis iſte ſermo, quòd niſi quis præparauerit emendationem propriam, nec creatus fuerit ex tota uirtute, quòd huic aduentus Saluatoris in iudicium fiet. Quibuſdam enim eſt odor mortis in mortem, quibuſdam autem odor uitæ in uitam, propterea quòd in ruinam & in reſurrectionem multorum poſitus ſit in Iſrael & in ſignum contradictionis. Qua propter obſecro uos ne negligatis ſalutem propriam, ſed unuſquiſq; ueſtrum ſcindat cor, & non ueſtimenta, ne forte amicti habitu iniuſto paremus nobis iudicium. Ecce enim iam appropinquabit tempus in quo probentur uniuſcuiuſq; ueſtrum opera. De minutia uero uerbi erant alia quæ ſcriberentur uobis, ſed ſcriptum eſt, Da ſapienti occaſionem & ſapientior erit. Saluto uos omnes in domino à minimo uſq; ad magnum, Deus aũt pacis cuſtodiat uos uniuerſos, chariſſimi.

EPISTOLA QVINTA SANCTI ANtonij Abbatis.

ANtonius dilectiſſimis natis filijs Iſraelitis ſecundum ſenſualem ipſorum extantiam. Nõ enim neceſſe eſt nominari uocabula quæ

tranſeunt quia filij eſtis Iſraël. Adhuc uere nati mei, dilectio quam habeo in uos non eſt dilectio corporalis, ſed eſt charitas ſpiritus culturæ Dei. Propterea autem nec defatigor obſecrans Deum die ac nocte pro uobis, ut poſſitis cognoſcere gratiam quæ conceſſa eſt uobis. Quia non in uno tempore uiſitationem facit creaturarum ſuarum, ſed à conſtitutione mundi moderatur Deus proprias creaturas, per generationes ſingulas, expergefaciens quemque occaſionibus quibuſdam & gratia. Nunc itaque filioli nolite negligere proclamantes ad dominum die & nocte compellantes benignitatem patris, ut hoc donet uobis adiutorium de cœlo, docens uos uſque quo cognoſcatis quid in ſe habeat. Nam uere filioli qui in propria nece conſiſtimus habitantes & in latronis domo & manentes, nec non & mortis uinculis obligamur nunc. Quapropter ne dederitis ſomnum oculis ueſtris, nec palpebris dormitationem, offerentes uoſmetipſos ſacrificium Deo in omni ſanctitate, quem nemo hæreditare poteſt ſine ſanctimonia. Vere chariſſimi in Domino manifeſtus ſit uobis iſte ſermo & id quod bonum eſt faciatis, in quo & uniuerſos reficietis ſanctos, alacritatem animorum præbentes, obſequium angelorum, & lætificationem Ieſu. Quoniam nec dum requiē habuerunt propter nos uſq; ad hanc horam. Sed et mihi determino hac habitanti in lutea domo eandem lætitiā in ſpū meo. Vere etenim filioli qa noſtra

incommoditas & inutlitas dolorem eis omnibus prebet, utuntur lachrymis atq; gemitibus pro nobis in conſpe- ctu conditoris, & ob hoc cunctorum etiam Deus iraſci- tur ſupra opera noſtra maligna propter gemitum ſan- ctorũ, ſicuti iterum profectus & emendatio noſtrorum animorum alacritatem præbet choro ſanctorum. Et utuntur prece multa atq; lætitia in exultatione coram creatore noſtro. Ipſe quoq; cunctorum opifex lætatur in operibus noſtris, & propter teſtimonium ſanctorum donat nobis chariſmata immenſa. Igitur ut cognoſcatis quòd Deus diligat ſemper propriam creaturam, eo ꝙ ſit immortalis extantiæ, non eſt reſoluenda corporibus, aſpiciens ſenſualem naturam ipſe quòd mortua omnino perrexiſſet in abiſſum, & illud teſtamentariũ refriguiſ ſet. Tum idem Deus propria bonitate eandẽ uiſitat ex morte per Moyſen ædficare uolens, & magnã curare plagam, & geſtiens conuertere eam ad priſtinam concor diam. Sed potens diſceſſit ab eis. Adhuc inſuper & om- nis prophetarum chorus ædificauerunt ſupra fundamen tum Moyſi. Sed nec iſti ualuerunt mederi ingentem plagam membrorum ſuorum. Cernenteſq; quòd ceſſaſ- ſet uirtus eorum, iterato adhuc uniuerſus ſanctorũ cho- rus collectus in unum orationes refert in conſpectu pro prij conditoris dicens. Nunquid rheſina non eſt in Ga- laad, aut medicus inibi? Quare ergo nõ aſcendit ſanitas filiæ populi mei? Domine curauimus Babylonẽ & non

eſt ſanata. Nunc fugiemus ab ea. Petentibusq; cũctis be nignitatem patris de unigenito, q̃ niſi ipſe in terris calcaret, nulla creatura curare poſſit ingentẽ plagã, hꝰ rei cauſa bonitate propria uocẽ dedit dicens. Fili hominis fa cito tibi uaſa captiuitatis. Voluntas itaq; patris unigenito non pepercit, pro noſtra omnium ſalute, ſed tradidit eum pro peccatis noſtris. Et iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum, ſed liuore eius nos omnes ſanati ſumus. Congregans ipſe nos ex omnibus regionibus à ſummo terræ uſq; ad exremũ orbis, faciens reſurrectio nẽ ſenſuũ noſtrorum de terra, & docens nos q̃ alterutrum mẽbra ſumus. Attendite ergo filioli ne forte illud oraculum Pauli impleatur in uobis, Habẽtes qdẽ formã pietatis, uirtutem autẽ eius negãtes. Quãobrem unuſqſq; noſtrũ ſcindat proprium cor, deflens in cõſpectu eius dicẽs. Quid retribuam domino pro omnibus bonis quæ retribuit mihi? Formido iterum filioli ne forte illud eloquiũ impleatur in uobis. Quæ utilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem? Vere filioli, quia ſicut prudentib. loquor, ut intelligatis quæ dico uobis. Quòd niſi unuſquiſque ueſtrum exuerit omnem puluerem naturæ huiuſcemodi materiæ, & abrenunciauerit ei, & omni operationi eius ex toto corde, expanderitque manus cordis ſurſum ad uninerſorum patrem, & ipſe uiſceribus moueatur circa laborem eius, & donet ei inuiſibilem ignem, qui combũrat omnem immunditiam ab

eo, ac principalem ipſum expurgans tunc ſpiritum ſuum ſanctum faciat habitare uobiſcum, & ſic poſſimus habitare patrem ſicut oportet. Nam quàm diu ſati ſcimus naturali materiæ, uelut inimici exiſtimus angelorum Dei, atq; ſanctorum eius. Nunc ergo obſecro uos dilectiſſimi in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, uti ne uelitis negligere propriam uitam, nec confundat exiguitas temporis illud ſine fine tempus, ne pellicula carnis corruptibilis confuſcet regnum ineffabilis lucis, neque condemnationis locus exitialis in angelis exterminet ſedes. Vere filioli quia anima mea phantaſma patitur, & ſpiritus meus in pauore conſiſtit, quòd uniuerſi nos uelut gurgite immerſi ſumus, & ut ebrij muſto conſiſtimus. Cum unuſquiſq; noſtrum propriæ diſtrahitur uolũtati, huius dominio ſubiugamur, nolentes attollere oculos noſtros ad cœli gloriam inquirendam, & illam ſanctorum omnium operationem illuſtrem ipſorum ueſtigijs inhærentes. Vt ergo ſciatis quòd cœli ſancti, ſiue angeli, ſiue ſedes, ſiue dominationes, ſiue cherubim, ſiue ſeraphim, ſiue ſol, ſiue luna, ſiue aſtra, ſiue patriarchæ, ſiue prophetæ, ſiue apoſtoli, ſiue diabolus, ſiue Satanas, ſiue ſpũs maligni, ſiue prnicipes aeris huius, et ne plura dixerim, ſiue maſculus, ſiue fœmina ſecũdũ principiũ creaturæ ſuæ ex uno ſunt oẽs, excepta ſola pfecta ac beata trinitate patris et filij et ſpũs sãcti. Propter bonum uero quorundam motum opus fuit,

ut Deus horum nomina uocitaret, & ſecundum ſtudia ipſorum, his qui amplius profecerunt attribuit ſuperexcellentem gloriam dignitatis.

SEQITVR EPISTOLA SEXTA beati Antonij Abbatis.

DEbet rationabilis homo paratus eſſe ut liberet ſemetipſum in aduentu filij Dei, cognoſcens ſe eſſe ſecundum ſenſualem ſuam extantiam. Quia quicumque cognouerit ſemetipſum, cognoſcet & diſpenſationem proprij conditoris, uel quæcumq; facit in proprijs creaturis. Dilectiſſimi nobis in domino membra noſtra & cohæredes ſanctorum, obſecro uos in nomine Ieſu Chriſti facere ut præſtet ipſe uobis omnibus diſcretionis ſpirituum, ad diſcendum & ſciendum dilectionem quam habeo in uobis. Quia non eſt corporalis dilectio, ſed eſt ſpiritualis charitas diuinæ culturæ. De nominib. uero corporum noſtrorum non opus eſt nominari ea, pertranſeunt enim. Cognoſcat autem homo id quod uerum eſt nomen. Propter quod & Iacob luctante per totam noctem cum Angelo, nomen illi erat Iacob. Mane autem facto uocauit nomen ipſius Iſrael, quod eſt mens uidens Deum. Puto etenim non ignorare uos quod aduerſarij uirtutis obſideant ueritatē. Vnde nec in uno tantū tempore deus uiſitat proprias creaturas, ſed ab exordio mundi, Nonnulli enim parauerunt ſe uenire ad proprium conditorem per teſtamentariam ipſius legem, edo-

cti ab illo adorare opificem ſuum ſicut oportet. Quoniam uero per paſſionem infirmitatis & grauedinem corporis ac diſtinctionem malignam refriguit teſtamentarium illud, & officia ſenſus animæ laſſauerunt, Idcirco non potuerunt exquirere proprie ſecundum ſuam creationem q̃ eſſet ſubſtantia immortalis non corrſoluenda corporibus, unde nec præualuit ſemetipſam liberare in iuſtitia. Huius rei gratia aggreſſus eſt eos deus per ſcriptam legem, ut doceret eos adorare patrẽ ſicut oportet. Sed quoniam deus unus exiſtit, & ſecundum ſenſualem eſſentiam in idipſum eſt unitas, ſit iſte uobis ſermo manifeſtus, q̃ omnis locus in quocunq; non fuerit conſonantia, illic bella congerunt ſibi et iudicia faciunt oriri apud ſemetipſos. Videns autem conditor q̃ plaga eorum magnificata fuerit uehementer, & opus haberet remediũ Ieſu medici ueri (Ipſe enim unigenitus creator illorum exiſtit, & ipſe curat eos) miſit ante ſe inſtructorem domus, ac ille nequaq̃ proficiens abijt ſibi. Itemq; deus excitauit prophetarũ choros per ſpiritum ſuum, quiq; ædificauerunt quidem ſupra fundamentum Moyſi, ueruntamen nec iſti quidem potuerunt, ſed eodem modo derelinquentes abierunt ſibi. Et ipſi cuncti ſpiritum in ſe gerẽtes peruiderunt plagam q̃ inſanabilis eſſet, & quia per nullam creaturarum curari poſſit niſi per unigenitum, qui ſenſus eſt patris, & imago eius exiſtit. Cuius etiam imaginis effigie tota facta eſt creatura. Agnoſcentes

liquido quòd hic ſaluator & medicus exiſteret magnus, collecti ſunt in idipſum omnes, & retulerunt orationes pro commembraneis ſuis, qui ſumus nos proclamantes ac dicentes. Nunquid rheſina eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? Quare ergo non aſcendit ſanitas filiæ populi mei? quia curauimus eam, & non eſt ſanata. Nunc ergo ibimus ab ipſis. At ipſe deus supereminenti & non ſimulata dilectione ſua affuit nobis per ſanctos ſuos, dicens. Fili hominis facito tibi captiuitatis uaſa. Ipſe quoq; in forma dei exiſtens nõ rapinã arbitratus eſſe ſe æqualem deo, ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, & obediens factus eſt uſq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus illum exaltauit, et donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu Chriſti omne genu curuetur cœleſtiũ, terræſtrium, & infernorum, omniſq; lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Nunc ergo chariſſimi, ſermo iſte ſit uobis manifeſtus, quòd benignitas patris non pepercit unigenito ꝓpter nos, ſed tradidit eum propter noſtram omnium ſalutem, tradens ipſe ſemetipſum propter peccata noſtra. Et iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum, ſed liuore eius nos ſanati ſumus. Ipſe quoq; uerbo uirtutis ſuæ congregauit nos ex oĩbus regiõib. ab extremo terræ uſq; ad ultimũ orbis, faciens reſurrectionem ſenſuum noſtrorũ & remiſſionẽ peccatorum, docens nos alterutrum exiſtere

membra. Obſecro quapropter fratres in nomine Ieſu Chriſti ut cognoſcatis hanc tam magnam diſpenſatio-nem, quòd ſimilis nobis per omnia fuerit excepto pecca-to. Debet autem uniuerſa rationabilis natura propter quam maxime ſaluator aduenit, ut dijudicaret habitudi-nem ſuam & ignorantiam proprij ſenſus, diſtinctionẽq; dare intermedium mali ac boni, liberari quærens ꝑ eius aduentum. Etenim quotquot liberi facti ſunt per illius di ſpenſationem hi uocati ſunt ſerui dei. Quod tamen nec dum perfectum eſt, niſi quod tantum in tempore ſuo iu-ſtum exiſtit, & deducet ad filiorum adoptionem. Nam is ſaluator noſter ſciens quòd appropinquaret accipere ſpiritum filiorum adoptionis, dedit ut etiam cognoſcerẽt eum docti à ſpiritu ſancto, quòd aduentus Ieſu factus ſit hominibus iudicium. Vnde & uos chariſſimi in domino cognoſcite uoſmetipſos, ut ad hæc & tempus poſſitis co gnoſcere, et parati ſitis offerre uoſipſos ſacrificium deo. Vere chariſſimi in domino, quod tanq̃ rationabilibus uo bis ſcribo, & qui potuiſtis cognoſcere uoſmetipſos. Scio enim quòd quicunq; cognouerit ſemetipſum agno-ſcet & deum. Qui uero cognouerit deum, agnoſcet et diſpenſationes illius, quas effecit in proprijs creaturis. Manifeſtus quoq; ſit uobis iſte ſermo, quòd non corpore am dilectionem habeo in uobis, ſed charitatem ſpiritus culturæ dei, eius uidelicet dei, qui gloriatur in cõſilio iu-ſtorum. Parate ergo uoſipſos dum habetis qui pro uo

bis exorent, & poſtulantes pro ueſtra ſalute, ut ignem quem uenit ipſe mittere ſuper terram immittat cordib. ueſtris, ut poſſitis exercere habitudines ueſtras. Et det *ſenſuum officia ad cognoſcendum diſcernere malignum à bono, à ſiniſtra dexteram, à ſubſtantia in ſubſtantiam.* Sciens enim Ieſus q. *imperium diaboli materia facit, aduocans diſcipulos dixit eis,* Nolite *theſaurizare uobis ſuper terram, nec ſoliciti ſitis de craſtino.* Craſtinus enim *dies ſolicitus erit de ſe.* Vere *fratres ſcitis q. tempore uentorum proſperitatis, omnis gubernator* plaudit *ſibi in contraria uero quæq; uentorum, omnis* gubernator *manifeſtatur.* Intelligite *ergo tempus in qd' aduenimus quale ſit.* De *minutia autem uerbi libertatis erant plurima quæ dicerentur uobis. Sed ſi dedero occaſionē ſapienti ſapientior erit. Saluto uos à minimo uſq; ad maximum.*

EPISTOLA SEPTIMA SANCTI ANtonij Abbatis.

ANtonius *omnibus dilectiſſimis fratribus in domino ſalutem, non deficio memorās ueſtri qui eſtis catholicæ membra.* Agnoſcere *autē uos uolo dilectionem quam habeo in uobis, quia non eſt corporea, ſed eſt dilectio ſpiritus culturæ dei.* Corporū *quippe noſtrorum amicitia in ſubſtātia & inconſtantia eſt, quæ mouetur ſæpe ab extraneis uentis.* Cuncti *uero, qui timent dominum & cuſtodiunt mandata eius, ſerui ſunt*

dei. Sed non eſt in ipſa ſeruitute perfectio, niſi quòd tantam iuſta tenet, deducēs filiorum adoptionem. Propter quod & prophetæ & Apoſtoli omniſq; ſanctorum chorus deo ſuſcepti ut crederetur ei apoſtolica prædicatio per uoluntatem patris uincti Chriſti effecti ſunt. Deniq; Paulus ait. Vinctus Ieſu Chriſti uocatus apoſtolus. Scripta itaq; lex cooperatrix fiat uobis in hoc ſeruitio uſq; quo dominari poſſimus omni uitio, et perficiamur in optimo miniſterio uirtutis per apoſtolicum mandatum. Quia ſi prope fuerimus effecti ad accipiendum donum. tunc dicet nobis Ieſus. Quia iam non uocabo uos ſeruos meos, ſed amicos & fratres. Quia quecunq; nota fecit mihi pater reuelaui uobis. Quotquot enim propoſuerūt edocti ſunt per ſpiritum ſanctum, hi cognouerunt ſemet ipſos ſecundū ſenſualem ſuam extantiam, in ipſa uero ſui cognitione proclamauerunt dicentes. Non enim accepimus ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepimus ſpiritum filiorum adoptiōis, in quo clamamus Abba pater, ut cognoſcamus quanta nobis donauerit deus. Quia & filij ſumus & hæredes, Hæredes quidem dei cohæredes ſanctorum. Fratres dilectiſſimi, & cohæredes ſanctorum, omnis uirtus non eſt aliena uobis, ſed ueſtra exiſtit. Si tamen inculpabiles ſitis à mala uita, Deo autem manifeſti. In mala enim anima non intrabit ſpiritus dei, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sancta quippe eſt uirtus fugiens ab omni dolo. Vere dile

ctiſſimi, quia ſicut rationabilibus ſcribo uobis & quaſi potentibus cognoſcere uoſmetipſos. Quia qui ſemetipſum cognouerit, deum cognouit. Qui uero cognouerit deum, hunc adorare debet ſicut oportet. Et chariſſimi in domino cognoſcite uoſmetipſos. Quia qui ſemetipſos cognoſcunt, & tempus cognouerunt, qui uero cognouerunt tempus, ij poterunt ſtatuere ſemetipſos immobiles à diuerſitate linguarum. De Arrio uero qui in Alexandria ſurrexit, & loquitur aliena uerba de unigenito, cui qui eſt & qui ſine tempore eſt, tempus non adſciuit, & ineffabilis finem inter creaturas non dedit, immobilis immobilitatem non affixit. FINIS.

Hieronymus in libro de Viris illuſtribus.

Antonius Monachus, cuius uitam Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus inſigni uolumine proſecutus eſt, miſit Aegyptiace ad diuerſa monaſteria, apoſtolici ſenſus ſermoniſq; Epiſtolas Septem, quæ in Græcam linguã tranſlatæ ſunt. Quarum præcipua eſt ad Arſenoitas. Floruit ſub Conſtantino & filijs eius regnantibus.

Auguſtæ Vindelicorum per Alexandrum
Weyſſenhorn, Anno reparatæ ſalu
tis humanæ ſeſquimilleſi
mo XXIX. Men
ſe Septembri.

BS
2890
.L26
1529
c. 1

B.F. 26

4902595

12681

A-O⁸

L bound out of order